


INSCHEVLVS


SENTENTIARY


10

X

94







10-X-94

L. gr. 6^a



TYPOGRAPHVS.

*I liber, inuenies aliquem tibi for-
san amicum,*

*Atque aliquis contrà, qui malè
dicat, erit.*

*Sors vrget, casusque iubet nescire
futuros:*

*Discito fortunam, fortis vtramque
pati.*

FASCICVLVS
SENTENTIARVM
QVÆ PASSIM
IN COLLOQVIIS
VRBANE,
NEC NON
IN LITTERARVM
PALÆSTRIS UTILITER
accommodantur.

*Authore Licent. D. Antonio de
Zuñiga Antwerp. Capellano
Illustrissimi D. Ioseph
Gonzalez.*

Diuo Ignatio de Loyola, Socie-
tatis Iesu Fundatori, dicat,
& offert.

CVM PRIVILEGIO,
In Typographia Melchioris
Alegre, Anno 1666.

A costa de Francisco Serrano,
enfrente de San Felipe.



1784

1785

1786

1787

1788

1789

1790

*DIVO IGNATIO DE
Loyola, Fundatori Socie-
tatis Iesu.*

TIBI inscribo (Coeli ruina-
rum Reparatori) tibi inscri-
bo, & offero fasciculum ien-
tentiarum, dicam nè meum, vel
aliorum? Ut ut sit, tibi offero.
Nec aranearum textus, ideò me-
lior, quia ex te fila gignunt, nec
meus vilior, quia ex alienis Liba-
ui, vt apes. Prodit in lucem; &
oculos lipporum fugio, & Zoi-
lorum turbines timeo: sat benè,
ad Alacare tuū aduolare festino.
Quid ni? Si possum, & debeo.
Possum equidem, quia vltro,
citrò que è coelis patrocinium
pandis: & debeo, quia est animi
ingenium, teste Ciccone, cui mul-
tum debeam, eidem plurimum
velle debere: & beneficia non
sunt scribenda in Kalendario,

sed exaranda viuis etiam chara-
cteribus. Hæc didici, hæc scripsi
(dicamnè puer?) in Aula An-
uerpiana Societatis. Si senten-
tiæ, si flores, si fructus sint, dicant,
qui legerint. Plura dicere pagel-
la vetat (Laconicos imitabor)
Quia xiuulus est, intrat in Ma-
re, perennaturus vt opto,

Tuas aduolutus ad Aras.

*Lic. Antonius
de Zuñiga.*

APRO-

APROBACION,
y censura de el Padre Be-
nito Remigio Noydens,
de la Sagrada Religion de
los Padres Clerigos
Regulares Me-
nores.

SI por ventura acaso: ha sido
dicha, que se me aya remi-
tido este libro, si pequeño en
volumen, grande en sustancia, y
harmonia, que saca a luz el Li-
cenciado Don Antonio de Zu-
ñiga, que por sus muchas pren-
das merece elogios, y no censu-
ra: *Improbis est homo, dize este
libro, V. beneficiū, qui beneficium
scit sumere, & reddere nescit.* El
Autor aprobò dos libros de los
mios; y creo, que a su censura se
§ 4 deue

deue la mayor parte de su estimacion, para dar yo a este la que se le deue, me veo pobre de caudal, y solo hallo en sus sentencias, apoyo de su graduacion; pues en la misma cita dize assi: *Ingratus est, qui beneficium reddit sine usura*, citando a Seneca. Qual sea el logro, y ganancia, q̄ se pide en el retorno de vn beneficio, digalo Seneca contra Seneca; yo digo, que en esta ocasion, bien veo, que de libro tan pequeño se pueden formar Prologos, Dedicatorias, y muchas Aprobaciones. No contiene nada contra la Fe Catolica, y buenas costumbres. Hizo el Autor, lo que *Socrates*, de quien refiere Erasmo en el libro 3 de sus *Apothegmas: Ep̄ is is Authoribus selegerat vesiculos aliquos, quos prouerbiorum vice frequenter afferebat*. Bien pueden todos estimar su desvelo, assi maestros

como discipulos. Este es mi pa-
recer (*saluo meliori*) en esta Ca-
sa del Espiritu Santo en la Villa
de Madrid a dos de Abril de
1666.

*Benito Remigio Noydens,
de los Clerigos Menores.*

A P R O B A C I O N,
y Censura del Licenciado D.
Bernardo Escudero, Maestro
de Retorica, y buenas
Letras, &c.

POR comission del señor Don Diego de Alaiza, Canonigo Doctoral de la Santa Iglesia de Toledo, y Vicario desta Villa de Madrid, y su Partido &c. He leído con atención el libro, intitulado *Fasciculus sententiarum, &c.* primero sin llegando, por lo mucho, que importa para poder luzir en actos publicos, y adornar los escritos, con acomodadas, y grauissimas sentencias. Confieso, que he visto muchas en los Autores, pero ninguna que merecen mas la luz, y comun aplauso. Aquí descubren los doctos: *Ex ungue leonem,*

nem; y si es verdad, que como di-
ze Plato, citado del Autor: *V.*
Doctus: quod benè dicitur, repetere
non nocet; bien puedo, y deuo de-
zir, que este libro, estando tan
colmado de sentencias bien di-
chas, todas ajustadas a las bue-
nas costumbres, y muy confor-
mes a la Fe Católica, ha de ser
de grande utilidad, y prouecho.
Por lo qual merece el Autor la
licencia, q̄ pide, para imprimir-
le. Este es mi parecer (*saluo me-*
liori.) En Madrid, y Mayo 28.
de 1666.

Licenc. D. Bernardo
Escudero,

LICENCIA DEL
Ordinario.

NOS el Doctor Don
Diego de Alaiza. Ca-
nonigo Doctoral de
la Santa Iglesia de Toledo,
y Vicario desta Villa de Ma-
drid, y su Partido. &c. Da-
mos licencia, por lo que a
nos toca, para que se pueda
imprimir vn libro, intitula-
do, *Fasciculus sententiarum*.
Dada en Madrid a 30. de
1666.

El Doct. D. Diego de Alaiza

APRO-

APPROBATIO R. AD
modum P. Fr. Bartholomæi
de Villalua, Ordinis Sancti
Francisci de Oseruantia, Le-
ctoris Iubilati, Patris, ac
Ex Procuratoris Generalis
eiusdem Ordinis in Romana
Curia, iamque in Cœnobio Ma-
tricensi Guardiani, nec-
non Difinitoris,
&c.

PRæcelsitudine V. sic
ordinante, hunc Fas-
ciculum vidi senten-
tiarum à Licenciato D.
Antonio de Zuñiga, vt
refert, elaboratū. Quem
ipse puerilia vocat, dum
à se puero carptum pro-
fert, ac colligatum. Lau-
da:

Cant. 1

dabile sane vix A.A.A.
pronunciare posse cum
Jeremia clamat; cū pe-
riodos se construxisse
gloriarī valet. Mirum
quidē nescit loqui quia
puer; & puer scit senten-
tias; sententijs coagmē-
tare! Vnum *Alpha* ex
ætatis imperitia appella-
re farē non nouit; & in-
tegrum Alphabetum le-
pidis clausulis refertum
peritus, nouit aptare.
Nescio an de puero isto,
Quodammodo celebra-
re audeam: Quod ante-
quam puer vocare patrem
suum sciat, & matrem, id
est: antequam ad æta-
tem venerit, vt paren-
tes agnoscat, antiquis
Philosophis, Doctori-
busque familiariter vti-
tur: & suo proprio no-
mi-

Isai. 8.

mine, singulos aduocat:
circiter omniscius au-
fert scientiæ fortitudi-
nem in Damasco (si au-
diatur Rupertus) & bal-
butientis infantia, in Sa-
maria reportabit spo-
lia.

Haud aliter in suo
hoc puerili fasciculo se
se obijcit Author ; vt
qui legerint ; cum Ter-
tuliano, per applicatio-
nem æstiment, & dicant ;
non è Cathedra, vel de *lib. ad*
suggestu, at ex nutricis, *ver. 14*
& gerulæ suæ dorso, siue *de. c. 9.*
collo, istas sententiarum
aduersus ignauiam, lite-
ratas acies, congregasse:
ante virtutem scientiæ,
quam loquendi cogni-
tionem sumpsisse.

Fasciculum igitur hūc
ex floribus commenta-
ta:

tatur puer iste eruditus.
Dicam nè ex gemmis,
an ex floribus dicam?
Sed ex floribus dicam,
& gemmis. Immo, quia
ex gemmis, ex floribus,
flores enim micant, &
geminæ florent. Tecte
eodem Septimio; vbi dū
de splendidis foëminarū
vestibus in stuporem gē-
mis, bractæ oblique ædifi-
catis sermonem facit,
obiurgās procedit; Quia
tarde teruntur, vt niteant,
(gemmas intendit) sub-
struuntur, vt floreat, &
anxie forantur, vt pen-
deant.

De ha-
bit. mu-
lier. c.
6.

De vit
Apoll.
lib. 3.
c. 2.

Quis neget gemmas,
florere dum splendunt,
apte dici? Aliter enim
Philostratus, minimè
gemmas adhuc de fron-
tedraconum erutas vo-

caret : *Aspectu quidem
floridas. Accedat, præfa-
tas antiquorum profanas
observationes consecra-
tionis Magnus ille Chry-
sostomus, versicolores
coruscâtes gemmas ex-
pendens: Hæc autem (ait)
rursus viridem, alia san-
guinis floridum ruborem
exprimit; alios multos
flores, & Solis colores,
quisquam inueniet.*

*Homil
59. in
Math.*

Florū (ad rem nostrā)
gemmarumque fascicu-
lus est; quo puer iste pro-
uectus ingenijs, cunctos
potaturus, propinat. Et
siue flores siue gemmæ
sint, eisdem sic contentis
ipse sua tēpora cingit:
Ut de corona ipsius tot
flores sententiarum, &
gemmæ ingenijs bibitu-
ris, mentium spargan-
tur,

*De resu-
rrect.
carn.*

tur, & fundantur in poculum. Hæc namque apud antiquos inualuit officiosa in conuiujs cōsuetudo. Adhuc iterum atque iterum fidelis testis Tertulianus: *Calix benè conscius, & diligentia ministri commendatur, de corona quoque potatoris sui inorabitur: aut aspersione florum honorabitur.* Hoc est, aut ipsa potatoris corona circumcinguntur ora poculi (quod passim legis) id vocat, *inorare sciphum.* Quod alij redimire, coronare.

Hunc ergo florum dispositum fasciculum Author offert: vnde studiose mētiū pocula decerp-tis floribus cumulata, & coronētur, & bibant: de
qui-

quibus iam (licet aliorum)
nuc aptissimè canat Propertius:

*Cum tua propendeant, Lib. 2.
dimissa in pocula, ferta. des. n.*

Flores igitur niteant; flo
reant atque gemmæ: in
quibus optimi mores nō
flacescunt; nec Catholi-
cæ Fidei gemma offus-
catur. Proindè V. Præ-
celsitudo, si placeat, po-
test huius Fasciculi flo-
res prælo dandos conce-
dere; vt talium florum
gemmæ ingenio curio-
sus acuendo manden-
tur. Hoc meum iudiciū,
saluo meliori, &c. In hoc
Almo S. Francisci Con-
uentu 10. Kal. iunij, an-
ni 1666.

*Fr. Bartholomæus
de Villalua:*

SV.

S V M A D E L
Privilegio.

TIENE Privilegio
el Licenciado D^o
Antonio de Zu-
ñiga por tiempo de diez
años para poder impri-
mir est libro intitulado:
Fasciculus sententiarum,
y que otro ninguno lo
pueda imprimir con las
penas, que en dicho pri-
uilegio se contienen, co-
mo mas largamente
consta de su original,
des-

despachado en el oficio
del Secretario Iuan de
Cubica, su fecha a cinco
del mes de Iulio de mil
y seiscientos y sesenta y
seis.

*SVMA DE LA
Tassa.*

LOS Señores de el
Consejo tassaron
este libro intitulado, *Fas-
ciculus sententiarum, &c.*
a cinco maravedis cada
pliego, como mas lar
ga.

gamente consta de su original , y tiene doze pliegos, sin principio , ni tabla , dada en Madrid a 8. de Octubre de mil y seiscientos y sesenta y seis años,

FEE DE ERRATAS.

Fol. 8. numer. 10. quis ocins , *diga*, qui socius, fol. 53. offendit, *diga*, offendit, fol. 85. lin. 3. imme, *diga*, immemor, fol. 126. ore, *diga*, orba, fol.

116. lin. 15. cum, *diga*,
cum, fol. 212. futura,
diga, funera, fol. 91. V.
Rheinensis, *lege*, Bellua mul-
torum capitum est hære-
sis.

His mendis correspon-
det suo originali. Dat. Ma-
triti 8. mensis Octobris
1666.

Lic. D. Carolus Murcia
de la Llana,

AD

AD LECTOREM.

PVerilia hæc sint, quia puer elaboravi, nunc vero in grauescente ætate, seriora repetio. & ex placitis amicorum lucem exigunt: benè piperata, si Zoile Nasturtium gignunt. Sat operi, si Lectori meo placeant, (cum Ciccone dicam) si vt te tua, te delectent mea. Vtere, si uere, vale: & benè consule, si quæ ex Typographorum incuria, nè dicam inciticia, nonnulla irreperint, non correcta. Pleraque sanè non appinxi, quia facilè quiuis agnosceret, si quæ tamè sensum aliqualiter mutant, ne diù inuestigando hæreas, errata consule: & iterum vale.



A

- 1 Syren, usque ad exitium
dulcis, *Boet.*
- 2 Nemo videt mantica,
quod in tergo est, *Horat.*
- 3 Syrenum cantu demul-
ceri.
- 4 Lachrymæ Crocodyli.
- 5 Recte pingitur adulator
per chamæleonem, ani-
mal, quod nec cibo, nec

A

po.

potu alitur, nec alio quã
aeris alimento: quia adu-
lator tantum quærit Au-
ram, & fauorem homi-
num.

6 Laudare præsentem adu-
latoris est. *Aristot.*

7 Blandus adulator, Re-
gum certissima pestis,
hæc gaudet Sanctos, per-
dere sæpè viros.

Accusare.

1 Crimine vacare debet,
quisquis in alterum pa-
ratus est dicere, *Cicerin.*
Salust.

Ac

- 2 Accusator præsumitur
calumniari, statim quod
non probat, ex utroque
iure.
- 3 Contra inauditam par-
tem, nemo patrocinari
debet, Cicero.
- 4 Accusatus non est reus,
nisi sit conuictus.

*Amara, & acerba sæpè bona
sapiùs spernuntur.*

- 1 Contemnunt spinam, cū
cecidere rosa.
- 2 Sæpè tulit fessis, succus
amarus opem.
- 3 Non sunt audiendi, qui

4

virtutem duram, & ferream esse volunt, *Cicer. in Læl.*

4

Quia virtutibus amaritudo permixta est, vitia vero voluptate condita sunt, illa offensi, hac deliniti homines feruntur, in præceps, *Cice.*

5

Præter culpam, & peccatum, homini accidere nihil potest, quod sit horribile, aut pertimescendū, *Cicer. famil. 5.*

6

Quid lætare miser? nescis post gaudia vitæ,
Perpetuos luctus mortis adesse tibi;

Ami-

Amicitia.

- 1 Præclarè agitur cum eo, qui amici umbram consequitur.
- 2 Ita crede amico, nè sit inimico locus, *Publus Mimius,*
- 3 Solem è medio tollunt, qui amicitiam è medio tollunt, *Cicer.*
- 4 Amicorum, omnia sunt communia.
- 5 Cum amico omnia delibera, sed te amico prius, *Seneca.*
- 6 Amicos citò noli acquirere; quos si acquisieris,

reprobare caue, *Solon.*

7 Non temere admittas,
nisi fidum noris amicū;
sed semel admissus, semper
habendus erit.

8 Multos modios falis,
cum amico edendos esse.

Prou.

8 Mandere te modios mecum
falīs, inquis, oportet.
Cæptus ut ad summum
progrediatur amor.

Manducare sale, me-
mini, te Zoile numquam
dic igitur, quando noster
amicus eris.

9 Amicus certus, in re in-
certa cernitur, *Cicer. in
Lalio.* In

Iucundius est amicum
facere, quam habere, *Se-
nec.*

11 Vno non possum, quan-
tum te diligo versu.

Dicere, si satis est disti-
con, ecce duos.

12 Peregrinus multa solet
habere hospitia, nullas a-
miticias, *Senec.*

Amicus verus, & fictus.

1 Amicus est, qui amat, &
è conuerso amatur. *Arist.*

2 Scilicet vt fuluum, spectat-
tur in ignibus aurum;
tempore sic duro, est inf-

picienda fides, *Ouid.*

3 Quem tibi diuitiæ pepe-
rere, est falsus amicus: ar-
gentum, non te diligit,
ille tuum.

4 Fidem secunda poscunt,
aduersa exigunt.

5 Diligitur nemo, nisi cui
fortuna secunda est.

6 Vbi opes, ibi amici.

7 Tuus vt suus, dictio est
enigmatica, & symbolum
amoris præcipui.

8 Ex unguibus arare, id est
ab eunte ætate.

9 Lucæ, & pupilla oculi,
charior amicus.

10 Quis cæius mensæ est,

verum nē reris amicū,
tolle epulas, nosces quam
tibi fidus erat.

11 Vereor, nē me quoque
præter canem, dum re-
uerterō, agnoscat nemo,
Varr.

12 Equus Troianus, *intus,*
intus est equus Troianus.

13 Cum fortuna manet,
vultum servatis amici:
cum cecidit, vertitis ora
fugæ, *Petronius.*

14 Hæc ego, non multis,
sed tibi: satis enim mag-
num alter alteri theatrū
sumus, *Seneca.*

15 Amoris arrhās, *Seneca.*
As. *Amor.*

amantium iugis voluntas est.

16 Rari homines, rariores amici.

17 Amicus, alter ego.

18 Millibus ex multis, vnus vix fidus amicus, hic albo coruo rarior esse solet.

19 Nos vix distamus numero, duo nos sumus vnum:

Sunt alij gemini corpore, nos animo.

Ars.

1 Sua cuique ars, pro vatico est. Quam

- 2 Quam quisque norit artem, in ea se exerceat, *Cic.*
- 3 Impellat remum, qui didicit, *Plutarc.*
- 4 Tractent fabrilia, fabri, *Orat.*
- 5 Nè Sutor, vltra crepidã.
- 6 Sicut ad iter faciendum viaticum, ita ad vitam seruandam Ars.
- 7 Qui citharædi esse non possunt, Aulici fiant.
- 8 Dum tenera est ætas, generosos indue mores:
Tum facile est, cunctis, artibus ingenium.
- 9 Fabricando, fabri firmus.

Abiectus vilis.

- 1 Ter. & filius.
- 2 Vilior alga.
- 3 Sunt Apinæ, Tricæque,
Marcialis.

*Apina, Tricaq; duo Apu-
lie oppida fuerunt, quæ te-
ste Plinio lib. 13. cap. 11.
Rex Diomedes evertit
tāt a ignominia, vt in Pro-
uerbi locum, nec non ludi-
brium venerint.*

*Sunt Apinæ, Tricæque,
& siquid vilius istis*

- 4 *Psyricè facta sunt.*

*Psere, vel psyria in neutro
genere plurali, ignobilis In*

su.

*sula cessit in prouerbiū, vt.
 quæ parum magnificè, ac
 præparcè fierent psyria,
 hoc est, psyricè, facta di-
 cerentur.*

5 Hic Mysorum vltimus
 est.

*Mysia Phrigiæ Pronincia
 est. Mysi autem populi lu-
 miles, & despicabiles sunt.*

Vnde Cicero in Oratio-
 ne pro Luc. Flaco: Quod
 portò in Græco sermone
 tam tritū, & celebratum
 est, quàm si quis despica-
 tui ducitur, vt Mysorū
 vltimum esse dicamus.

Adiuuare.

- 1 Non sine Theseo. Dicitur de illo, qui aliorum ad-
 miniculis, & non suo mar-
 te facit, &c.
- 2 Res ad Triarios redijt.
 Triarij erant milites for-
 tissimi, qui in legione Ro-
 mana, vltimierant. Hi si
 quando res fuisset in peri-
 culo, in fronte acierum po-
 plitibus flexis stabant: ita
 vt potius animam amitte-
 rent, quam de loco decede-
 rent; vnde ortum est illud
 prouerbiu[m] cum res sunt
 dubie, & indiget auxilio:
 ven-

ventum est ad Triarios.
 Agite nunc, subsidete omnes,
 quasi solent Triarii.
Plaut.

*Aliena semper meliora,
 & è contra.*

- 1 Sua, quemque fortunæ
 pœnitet, *Cicer.*
- 2 Fertior seges, alieno semper
 in agro.
- 3 Optat ephippia bos, exoptat
 arare caballus.
- 4 Suum, cuique pulchrum
 est.
- 5 Sic res habet, te tua, me
 delectant mea, 5. *Tusc.*

Ne-

6 Nemo sārē, qui sui periculi iudex, non sibi se æquiores, quam reo præbeat, Cic.

7 Cur aliena magis, quam crimina nostra videmus.
An quia nostra procul, sunt aliena propē?

Avarus, parcus, &c.

1 Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

2 Crescit indulgens sibi di-
rus hydrops, nec sitim
peliit.

3 Nullus argento color est
avaris, ab dīto terris.

Mag-

- 4 Magnas inter opes, inops
auarus.
- 5 Crescit amor nummi,
quantum ipsa pecunia
crescit, *Iuuenalis*.
- 6 Sæuior ignibus *Ætnæ*, fer
uens amor ardet habēdi.
- 7 Illi morbo, qui perma
nat in venas, & inhæret
in visceribus, nomen est
auaritia, *Cic. 4. Tusc*
- 8 Mens tua, nil præter ge
nerosum somniat aurū;
fœlix es tota nocte, diu
que miser.
- 9 Nusquam fraude caret,
semper mentitur auarus
erga inopes surdus, fer
rea

rea corda gerit.

10 Stultum est, via deficiente,
viaticum quærere.

Potestne quicquam
esse absurdius, quam quo
minus viæ restat, viaticum
quærere? *Cicer. in Læl.*

11 multis parasse diuitias,
non finis miseriarum fuit
sed mutatio, *Senec.*

12 Egens est, qui non satis
habet, & is cui nihil satis
potest esse.

13 Si te vis diuitem facere,
non pecuniæ adiiciendû,
sed cupiditatibus detra-
hendum, *Senec.*

14 Si cui sua non videntur
am-

amplissima, licet totius
mundi Dominus sit, ta-
men miser est, *Senec.*

15 Avarus, ipse miserix
causa est, *sua, Publ. Mim.*

16 In nullum avarus, bo-
nus, in se pessimus, *idem.*

17 Inopix pauca defunt,
avaritix omnia, *id.*

18 Non vis, vt modico ma-
ior pede, calceus extet:

Cur tibi quaris opes,
plus, quam tibi opus est?

Bonus

Beatus: Beatus nemo.

1 Beatus esse, sine virtute,
ue-

nemo potest, *i. de nat. Deor.*

2 Tunc erimus beati, cum corporibus relictis, cupiditatum, & æmulationū erimus experti, *i. Tusc.*

3 Benè est, cui Deus obtulit parca, quod satis est manu.

4 Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui crastinum diem sine solitudine expectat, *Senec.*

5 Dicumque beatus ante obitum nemo.

6 Nihil est ab omni parte beatum, mortuum laudare tutum est.

- 7 Terram quisque habet,
 femina litis habet.
- 8 Praclarum illum diem
 cum in illud diuinum ani-
 morum domicilium, ex-
 tumque proficiscar, cum
 que ex hac turba, & col-
 luuione discedam, *Cicer.*
- 9 Nullus vnquam, homi-
 nem mortalem beatum
 iudicet, antequam bene
 defunctum viderit.
- 10 Ipsa dies quandoque pa-
 rens, quandoque nouer-
 ca est.

*Bellum, eius circumstantia,
 rixa, &c.*

I- Indica Tygris agit, rabi-
da

da cum Tygride pacem
 Perpetuam: sæuus inter
 se conuenit vrfus;

Ast homini ferrum læ-
 thale, incude nefanda,

Produxisse, parum est.

2 Suscipienda bella sunt,
 vt in pace sine iniuria vi-
 uatur, i. *offic.*

3 Armorum exitus, semper
 incerti & timendi.

4 Fortuna belli, semper an-
 cipiti in loco est.

5 A cane non magno, sæpè
 tenetur Aper.

6 Audet vel lepus, exanimi
 insultare leoni.

Etiam instanti, læsa re-
 pug-

pugnat ouis.

- 7 Fratrum quoque gratia,
rara est.

Beneficium.

- 1 Beneficium accipere, li-
bertatem vendere est.
- 2 In eum non sunt benefi-
cia conferenda, qui vete-
rum immemor est.
- 3 Quod dedi datum nol-
lem, quod reliquum est,
non dabo.
- 4 Benefacta malè collata,
maleficia censenda sunt.

Ennius.

- 8 Vt pisces hamo, ita homi-

nes beneficio capiuntur.

Nescis inescare homi-
nes, *Terent.*

6 Est liberale officium, se-
rere beneficium, vt mete-
re possis fructum.

7 Est animi ingenui, cui
multū debeas, eidē plu-
rimum velle debere, *Cic.*

8 Nemo beneficia in Ka-
lendario scribit, *Senec.*

9 Beneficium dare, qui nes-
cit, iniuste petit, *Mimus.*

10 Improbus est homo,
qui beneficium scit sume-
re, & reddere nescit,
Plautus.

11 Ingratus est, qui benefi-
cium

cium rededit, sine usura,
Senec.

Benefacti gratia rara est.

12 Qui beneficia inuenit,
compedes inuenit, Arist.

13 Turpissima vox in be-
neficijs est; redde, Senec.

C

Caluus:

1 Myconius est.

Myconij omnes calui sunt:
hoc vitium, ea passim exu-
berat in Insula.

2 Arboribus redeunt froa-
des, & gramina campis.

B

Ac

At capiti ~~ca~~nes, non rediere tui.

- 3 Calue meos numquam potui numerare capillos
Nec tu (nam nulli sunt) numerare potes.

castigare.

- 1 Phrygem, plagis fieri solere meliorem.

In eum, qui nisi vapulet, numquam emendatur.

- 2 Excussa sunt plerumque vitia verberibus, *Quint.*

- 3 Grauiora facinora numquam diu inulta manent *Quintil.*

De

4 De pelle non propria,
fit bona corrigia.

*In eum, qui est facilis in
castigando.*

5 Ex ipso boue, lora sume-
re.

Casus.

1 Quem sæpe transit casus
aliquando inuenit.

2 Sæpe ferit nasum, qui ca-
uet vsque suum.

3 In toto, sola est hora sini-
stra die.

4 Multa cadunt inter cali-
cem, supremaque labra.

5 Casus vbique valet, sem-

per tibi pendeat hamus:
 Quo minimè credis gur-
 gite, piscis erit.

Cautus.

- 1 Ante circumspiciendum est, cum quibus edas, & bibas, quam quid edas, & bibas, nam sine amico, visceratio leonis, & lupi vita est, *Senec.*
- 2 Esto, alieno periculo, cautus.
- 3 Fallacia alia, aliam trudit
- 3 Annosa vulpes, haud capitur laqueo.
- 5 De dubijs non diffinies,
 sed

sed suspensam habeas sententiam, *Senec.*

- 6 Lauda, parcè ; vitupera parcius : similiter enim reprehensibilis est nimia laudatio, & immoderata vituperatio ; illa quadam adulatione ; ista autem malignitate suspecta est, *Senec.*

Calare!

- 1 Quod tegitur maius cre-
ditur esse malum, *Mart.*
2 Dissimulare etiam spe-
raſti perfide, tantum.
Polle nefas? Virg.

- 3 Plus plerumque periculi est, in insidiatore occulto, quam in hoste manifesto.

Credere, & è contra.

- 1 Credite, credenti nulla procella nocet.
- 2 Ne citò credideris, quātum citò credere lædat. Exemplum vobis, non leue Procris habet.
- 3 Vtrumque est vitium, omni credere, & nulli, *Senec.*
- 4 Nimum ne crede colori, Alba ligusta cadūt, vac-
ci-

cinia nigra leguntur.

- 5 Non laudandus est, qui plus credit, quæ audit, quam quæ videt, *Plaut.*
- 6 Qui citò crediderit, fallitur sæpè, leuisque est cordis, rarò fallitur ipse senex.

*Consortium bonum, & è
contra.*

- 1 Vnum exemplum luxuriz, siue avaritiz, multa mala facit, *Senec.*
- 2 Vnaque conspecta liuorem ducit ab vua.
- 3 Si claudo vicinus habitat.

B 4.

ue.

ueris, & ipse claudicare
disces, *Plutar.*

4 Qui amat periculum, in
illo perit.

5 Aliquod malum est prop-
ter vicinum malū, *Plaut.*

6 Illos admittite, in quibus
melior fieri potes, *Senec.*

7 Cum illis conuerfari de-
bes, qui te iucundum fa-
ciant, vel meliorem,
Senec.

Consilium.

1 Vis consilij expers, mole
ruit sua.

2 Parua sunt foris arma,
nisi

nisi sit consilium domi,
Ciceo. 1. offic.

3 Malum consilium, con-
sultori pessimum.

Cedit ingenio, robur.

4 Consilio celeres, superā-
tur, in æquore, puppes.

5 Gladiator in arena, consi-
lium capit.

6 Nihil præmeditati iectus;
sed potius aduersarij vul-
tus.

7 Nihil tam inimicum con-
silijs, quam celeritas, Li-
nius.

Conscientia.

1 Conscientie, mille testes,
Quint. B5 Conf-

- 2 Conscientiæ graue pondus, *Cicer. 3. de nat. Deor.*
- 3 Se iudice, nemo nocens absoluitur, *Iuuen.*
- 4 Gestant, in pectore, testem.
- 5 Nihil est miserius, quam animus hominis cōsciū.
- 6 Odit sicarius facem, sui furoris, consciam.
- 7 Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa, *Horat.*
- 8 Quādo voles alios verbis mordere caninis, facta tui cordis respice, mutus eris.
- 9 Et tacita, sudant præcordia, culpa, *Inuenal.*
- 10 Ego semper hac opinione

tractus fui, vt cum qui
 nihil commiserit, sibi nul-
 lam poenam timere exi-
 stimarem, *Cicer. in Vat.*

11 Qui conscius sibi, licet
 sit audatior, timidissimū
 tamen ipsa conscientia
 facit, *Menand.*

12 Gaudia vera dabit, mēs
 omnis criminis expers
 heu mihi, quam pauci,
 gaudia vera ferent!

13 Conscia mens recti, nul-
 lo commota pauore est,
 At mala mens, semper,
 sollicitata, pauet.

14 Mens bona non acco-
 modatur, nec emitur, &

si venalis esset, non haberet emptorem; sed mala quotidie emitur, *Senec.*

Consolatio, consolari.

- 1 Feras libenter, quod necesse est.
- 2 Noli vitare, quod vitare non potes.
- 3 O passi grauiora, dabit Deus, his quoque finem, *Virgil.*
- 4 Fœlix, qui patitur, quæ numerare potest.
- 5 Disce, quid hic sperare velis optabile, quando Nasci pœna, dolor viuere,

Te, tristè mori.

- 7 Sæpè maiori fortunæ locum fecit iniuria, multi ceciderunt, vt altius surgerent.

Vide etiam tranquillitas post tempestatem, infra.

Consuetudo, mores.

- 1 Longo quod usu, peius induruit, multò facilius fegeris, quam flexeris.
- 2 Fabricando, fabri fimus.
- 3 Non mutat natura genus, *Flaccus.*
- 4 Omne nouum nascens facile opprimitur, inue-

teratum fit plerumque
robustiuis.

5 Asinus, magis stramina
optat, quam aurum

6 Singula Regio, habet suos
cantus.

7 Parthi, artem iaculandi
callent. Arcades à natu-
tura vim musicæ habent:
Thracia circa arma tra-
ctanda floret.

8 Franges citius, quam co-
rrigas, quæ in prauum
induruerunt, *Quintil.*

9 Difficile est mutare ani-
mum, & siquid est peni-
tus insitum moribus, id
subitò euellere, *Cicero*
Quin-

Quinto Fratri.

10 Consuetudinis magna
est vis, pernoctant venae-
tores inniue, in montibus
vri se patiuntur, Cicero 2.
Tusc.

11 Quod malè fers, assue-
ce feres benè, multa ve-
tustas lenit, Ouid.

12 Id sapit vnusquisque
quod didicit, Senec.

x3 Bona consuetudo excu-
tere debet, quod mala
instruxit, Senec.

Constantia, & inconstantia.

1 Hic murus ahenius esto.

Eum

2 Cum fortuna ruere, de-
mentia est, *Quintil.*

3 Turpe laborantem de-
seruisse ratem.

4 Aduersis frangi, virorum
non est.

5 Leue est miserias ferre,
perferre est graue.

6 De gradu deijcitur.

7 Tamquam Polij folium
est.

Polium herba Authore

Plinio lib. 21. cap. 7. eius

folia mane candida me-

ridie purpurea, sole occi-

dente caerulea.

8 Homo frugi, id est, qui
moderatam noscit ser-

uare

uare constantiam, omnia
rectè facit.

9 Nulla lassitudo impedi-
re officium, & fidem de-
bet, Cicer. famil. 12.

10 Bonus animus in re ma-
la, dimidium est mali,
Plaut.

11 Quod tibi contigerit,
sapienter ferre memento
Nam certum; fieri numi-
ne cuncta Dei.

12 Nisi in melius, senten-
tia non est mutanda.

Concordia, & è contra.

1 Concordia, res parue cres-
cunt,

cunt, discordia dilabuntur.

2 Discordia duas, ex vna ciuitate facit, *Liuius*.

4 Nihil ciuitati perniciosius, quàm diuisio, vt nihil melius quàm vnio, *Plato*.

4 Canis caninam non est, *Varro*.

5 Leonum feritas, inter se non dimicat, *Plin*.

6 Limaces malè conuenientes, sunt vir, & vxor
Non habitant vnā fœmina, masque domum.

7 Pugnantia inuicem, simul stare nequeunt.

Contentum esse sua sorte.

- 1 Contentum esse suis rebus,
maxime sunt rectissimæ-
que diuitiæ, *Parad. vlt.*
- 2 Quo nos cūque trahunt
fata, retrahuntque se-
quamur.
- 3 Tacitus pasci si posset
coruus, haberet
Plus dapis, & mellis, ri-
xæ minus, inuidiæque.
- 4 Quod satis est, cui con-
tingit, nihil amplius op-
tet, *Horat.*
- 5 Ne futor ultra crepidam.
- 6 Qui sapit, in tacito gau-
deat

deat ille sinu.

7 Quietissimam vitam ho-
mines haberent in terra:
si hæc duo, pronomina,
meum, & tuum, tollerentur,
Senec.

Si duo de rebus nostris
pronomina tollas
Prælia cessarent, pax sine
lite foret.

Contrarium, seu impossibile.

1 Prius testudo præueniet
leporem.

2 Angulus iste feret piper,
& thus ocyus vuas.

3 Stulti dum vitant vitia in
con-

Contraria currunt, qui li-
tem fugiunt, causidicum
que petunt.

4 Opposita iuxta se posita,
magis elucescunt, *Arist.*

5 Deus hoc solum priua-
tur, infecta facere, quæ
facta sunt, *Aristot.*

Conuiuium.

Vide V. Mensa.

Cupidus, Cupiditas

1 In magnis, & voluisse sat
est, *Propertius.*

2 Velle suum cuique est,

RES

nec voto viuitur vno, *Per
sius Satyr. 5.*

3 Sic volo, sic iubeo, sit pro
ratione voluntas, *Iuuen.*

4 Dissidet ambiguus semper
mens obvia votis

Nec voluisse homini fa-
tis est, optata recusat.

5 Esse in honore placet,
mox pœnitet, *Auson.*

6 Cupiditas agendi aliquid
crescit cum ætate, *Cicer.*

Crudelis, crudelitas.

1 Multis terribilis, caueto
multos.

2 Szuior est tristi Busiri
de. S

3 Siculi non inuenite Tyrani,

Maius tormentum.

4 Odia crudelem premunt.

5 Oderint, dum metuant,
Sueton.

Curiositas.

1 Curiositas, sua negligit,
aliena curat.

2 Sæpe non iuuat scisse, sci-
re quod cupis.

3 Multa petentibus desunt
multa.

4 Coricæus est.

Promontorij in Creta præ-
ternauigatio latronibus ple-

na

na fuit, qui dispersi per portum ad mercatores furtim accedebant, & subauscultabant, quid rerum ferrent, & quo nauigarent. Postea illis discedentibus, adoriebatur eos, & diripiebant. Ex quo factum est, ut omnes curiosi secreta auscultantes Coricæi dicerentur, & in prouerbio diceretur: hunc ergo Coricæus auscultauit, cuius secreta consilia patefacta sunt.

¶ Vt non sis iracundus, nè sis curiosus, Senec.

¶ Curiosus nemo est, nisi
ma-

maleuolus.

- 7 Nusquam deest, qui vbi-
que est, *Seneca.*
- 8 Satis superque sit cuique
suarum rerum cura: alie-
nis nimis implicari, nimis
molestum est, *Cicer.*
- 9 Aliorum patroni, nos
tueri, tenereque non pos-
sums, *Cicer. de orat.*

D

Defendere.

Non minor est virtus,
quam quaerere, parta
tueri. C Ca

Casus inest illic, hic erit
artis opus.

2 Difficilius semper defen-
dere, quā accusare, *Quin-
til. l. 8.*

5 Qui confessum defendit,
non absolutionem scele-
ris petit, sed licentiam,
idem.

Detractio, calumniator.

1 Cum mortuis, non nisi
laruæ luctantur, *Plin.*

2 Homeromastix, Cice-
mastix, Virgiliomastix;
vocantur, qui etiam do-
ctos obtrectatione laces-
sunt. Ni

3 Nihil est tam volucre,
quam maledictum, nihil
facilius emittitur, nihil la-
tius dissipatur, *Pro Plan.*

4 Turba gravis paci, pla-
cidæque inimica quieti.

5 Nil in te video quod
amem, laudemuè, pro-
bemue:

Nihil in te video Mome
quod in video.

*Declinare, & fugere malum,
& incidere in maius.*

Dum vitant stulti vitia,
in contraria currunt.

Error peior priore.

3 Timens charybdim, incidit in Scyllam.

4 Non est laudandus nauis gubernator, qui ut vntim scopulum vitet, alterum offendit, Cicer.

Diues.

1 Contentum suis rebus esse, maximè suat rectissimæque diuitiæ, Parad. vlt.

2 Quis diues? qui nil cupit; quis pauper? auarus.

3 Per mare, per terras, mercator quæritat aurum:

Sic coeli æternas, stulte,

relinquis opes?

4 Deterior fio, fieri dum
ditior opto; maior me fie-
ri molior, non melior.

5 Is maximè diuitijs frui-
tur, qui minimè diuitijs
indiget. *Senec.*

6 Quid tibi si gemmas om-
nes cumularis, & aurum,
Si tua tartareis mens cru-
ciatur aquis?

7 Magnus est ille, qui in di-
uitijs pauper est, *Senec.*

8 Nemo dignus est Deo,
nisi opes contempserit,
Senec.

Deus.

Deum agnoscimus ex

C 3

ope-

- operibus, *Cic. 1. Tusc.*
- 2 Ignorare nos potest Deus
qua quisque mente sit, 2.
de diuin.
- 3 Homini de natura Deo-
rum, timidè, & pauca di-
cenda sunt. *pro L. Man.*
- 4 Valet ima summis mu-
tare, & insignem atte-
nuat Deus, obscura pro-
mens, *Horat.*
- 5 Non Deus est author
culpæ; sed criminis ultor,
Pro meritis iustis, præ-
mia iusta dabit,
- 6 Deum amabis, si opere
cum imitaberis, *Senec.*

Diligens, diligentia.

- 1 Plus olei, quàm vini consumpsit.
- 2 Tandiu discendum est, quandiu nescis, & si pro- uerbio credis, quandiu uiuas, *Senec.*
- 3 Venator sequitur fugiē- tia, capta relinquit. Semper & inuentis, vltē- riora petit.
- 4 Non nobis solum nati sumus.
- 5 Non iacet in molli, vene- randa scientia, lecto.
- 6 Non refert quod multos libros; sed quod bonos ha-
 C 4. beas.

beas, *Seneca.*

7 Solon gloriari solebat, se
aliquid quotidie addiscē-
tem, fieri senem, *Cato ma-
ior.*

8 Egregios cumulare li-
bros præclara supellex
Ast vnum vtilius, volue-
re sæpè librum.

Doctus, & è contra:

1 Ex vngue leonem.

2 Lucinæ non deest can-
tus.

3 Cretensis nescit pelagus.

4 Quod benè dicitur, repe-
tere non nocet, *Plato.*

Ca-

- 5 Captiuum te tenet igno-
rantia duplex
Scis nihil, nescis te quoq;
fcire nihil,
Ingeniosus, & imprudēs,
est absque cibo sal.
- 6 Doctus inurbanus, quidē
cibus absque sale.

Dicere.

- 1 A boue maiori discit ara-
re minor.
- 2 Gurra cauat lapidem, nō
vi, sed saepe cadendo.
- 3 Disce puer virtutem
ex me, verumque labo-
rem, *Virgil.*

4 Discite iustitiam moniti,
& non spernere Diuos,
Virgil.

5 Addit ad discendum pudor stimulos, *Liuius.*

6 Discipulus dum vult nemo, quisque esse magister

Omnes discipuli, nemo magister erit.

Dormire, somniare.

1 Epimenidis somnium dormit.

2 Quæ mala sunt, bona sunt, mala quæ bona somnia: quare?

Gau-

Gaudeo si mala sunt, si
bona sunt doleo, *Exper-*
rectus.

- 3 Si somnus est nil nisi
mors, nil mors nisi som-
nus:

Quo plus in vita dormio
vivo minus.

Donum, donare, promittere.

- 1 Qui citò dat, bis dat, citò
dando datum melioras:
Donum peioras; inueniē.
do moras.

- 2 Qui citò, vel belle negat,
is tribuisse videtur
Munera; nam semper est
odio-

odiosa mora.

3 Te laudo laudatorem, nō
laudo datorem:

Scit laudare magis ne-
mo, minus uē dare.

4 Cum dare non posse, ver-
ba dabam.

5 Parua quidem fateor pro
magnis munera reddo;

Sed qui quam potuit, dat
maxima gratus abūde est.

6 Hic duos parietes, de eadē
fidelia dealbat: *Dicitur*
de illo, qui idem duobus,
vel pluribus promittit.

7 Maria, montesque pro-
mittere.

8 Qui alijs dicit, quod de-
dit,

dit, dati gratiam perdit:
qui dati admonet repetit.

9 Dat nullum, multumque
facit, qui cumque fatetur
Esse nihil quod dat, quod
facit esse nihil.

10 Non quantum dederis;
sed quanta mente dedisti
Pensandum est; placat vi
ctima parua Deum.

11 Accipe parua mei, latus
munuscula, census.
Nec quæ sint, sed quæ,
suscipe, mente data.

Dubium.

1 Satius est, ipsum de quo
am-

ambigitur, concedere,
quam imprudenter resi-
stere; i. *de natur. Deor.*

- 2 Bene præcipiunt, qui ve-
tant, quidquam agere,
quod dubites æquum sit,
an iniquum, i. *offic.*

E

Errare.

- 1 Erranti medicina confes-
sio, *ad Quint. Frat.*
- 2 Humanum est labi, sce-
lus est non surgere velle;
Qui videt errorem, & co-
rrigit ipse sapit.

Hu-

3. Humanum est errare;
sed ferinum est perseue-
rare in errore, *Cicer.*

*Vide etiam ignoscere, &
fragilitas humana.*

Eludere, vel decipere.

1. Anguilla, è digitis, sæpè
est elapsa, peritis.

2. Ridentem dicere verum,
quis vetat; *Horat.*

Eleemosyna.

1. Munera nè numerata, mi-
seris quæcumque dedisti,
In cœlis numerat, mane-
rat

rat illa Deus.

Emendare.

- 1 Emendationi tuæ indulgentiam promisit Deus; sed tuæ dilationi, diem crastinum non promisit,
- 2 Pars sanitatis, velle sanari fuit.
- 3 Initium est salutis, notitia peccati.
- 4 Bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit, *Seneca de morib.*
Vide etiam V. Pœnitentia



F

Filij, mali, & boni.

1 Quales filij, talis domus
gubernatio, *Plaut.*

2 nihil dulcius hominum
genere, à natura datum
est, quam sui cuique libe-
beri, *Cicer. post reditum.*

3 O domus antiqua, heu
quam dispari domino do-
minaris! *Cicer.*

Vide etiam V. Genus.

Fœlicitas, fœlix.

1 Te ipsum fœlicem facies;

- si intellexeris illa esse bona, quibus virtus, est admixta, *Seneca.*
2. Fœlicium multi sunt cognati.
 3. Sapienter cogitant, qui in temporibus secundis iocundus aduersos reformidant.
 4. *ad Heren.* Rebus prosperis, consulendum aduersis.
 5. Fœlix, quem faciunt aliena pericula, cautum.
 6. Difficile est cum virtutes reuereri, qui semper secunda fortuna sit usus.
 7. Rectè præcipere videtur, qui monent, quanto super-

periores simus, tanto nos
 submissius geramus, s.
 officior.

8 Felicitas quæ lenta est,
 est durabilis.

9 Omega distinguit mise-
 ro, non Alpha beatum.

Ante obitum foelix ne-
 mo, nec ante miser.

Fertilitas rerumque copia.

1 In samo lac gallinæ.

Samus Insula fertilissima,
 quod ex eo maxime perspi-
 ci potest, quod bellis diu pe-
 xatur; Unde laudantes eam,
 non dubitant, ei proverbiū

accommodare, quod etiam
ferat gallinæ lac, Strabo.

- 2 Plus apud Campanos un-
guenti, quam apud cæte-
ros olei fit. Cum significa-
mus ob solis, & aeris tem-
perationem, aliqua loca de-
liciarum plena esse.

Fidere, fides.

- 1 Nusquam tuta fides.
2 Nec omnibus.
Nec nemini fide;
Sed cui, vide.
3 Vtrumque in vitium est,
& omnibus credere, &
nulli, Senec.

Opor-

- 4 Oportet inimicis nec de
credibilibus fidem habere
re : amicis autem etiam
incredibilia narrantibus
credere, *Bias.*

Finis, finire.

- 1 Finis acta probat.
2 Viuite foelices, quibus
est fortuna peracta, iam
sua.
3 Ad umbilicum perueni-
re, adducere, &c.
Coronidem imponere:
unde, finis coronat opus,
4 Rudem accipere, summam
addere manum, id est fi-
nire, Co-

- 5 Colophonem addere, cū
 summa operi manus im-
 ponitur.
- 6 Iucundi a cū labores.
- 7 Id est difficile, quod cum
 spe magna sis ingressus,
 hoc idem non exequi vs-
 que ad extremum.

Fortuna.

- 1 Fortunam citius reperies
 quā retineas, *Plub. Afim.*
- 2 Fortuna fortes metuit,
 ignavos promit.
- 3 Si fortuna volet, fiet de
 Rhetore Consul.
- 4 Leuis est fortuna; citò

reposcit, quæ dedit, *Publ.
Mim.*

5 Multos fortuna tollit in
altum,

Vt lapsu grauiore ruant.

6 Superando omnis fortu-
na, ferendo est.

7 Fortuna miserum facere,
non timidum potest.

8 Fortuna, nulla obesse,
contenta est, semel.

9 Fortuna Cicada est, alas
habet, caret pedibus, auo-
lat, reuolat.

10 Nostros fortuna labores
Versat adhuc, casusque
iubet nescire futuros, *Sil-
uins.*

For-

11 Fortuna vitrea est, cum
splendet frangitur.

12 Fortuna non mutat ge-
nus.

In vanitatem fortuna.

Fidite fortunæ: qua non
incertior aura est

Mobiliorque mari, mo-
biliorque notis.

Fidite fortunæ: prægnan-
tia vela secundat,

In medio cursu fit via,
meta viæ.

Fidite fortunæ: Samais
quam fæta tyranni.

Mors trabe non fidam,

docet esse suam;

Fidite fortunæ : spondet ti-
bi perfida pacem,

Vna dolo peccat littera, cre-
de facem.

Fidite fortunæ : liquente si-
quacius auro.

Dona fluuunt , quæ dant
munera , dando negant.

Fidite fortunæ : ridendo ne-
cat ; odit amando.

Nulli certa parens , certa
Nouerca suis.

Fidite fortunæ : mellonia
mella propinat.

Cernite Pandora est toxi-
ca melle tegit.

Fidite fortunæ , miseris dat

D

per-

perfida sceptrum,
obruat vt teneras, læua ca-
tena, manus.

Fidite fortunæ, domitor *Be-
lisarius* orbis.

Exequam quærit, voce ge-
mente, stipem.

Fraus, Decipere.

1. Altera manu panẽ osten-
tat, altera fert lapidem.
2. Numquã te fallant ani-
mi, sub vulpe, latentes.
3. Mel in ore verba lactis,
fel in corde, fraus in fa-
ctis.
4. Fraude citò capitur, qui
fraude

fraudem non meditatur.

5 Quo non peruenit leonis pellis, vulpina affluenda est.

Vide etiam V. hypocrisis.

Frustra.

1 Stultum est, venti de leuitate queri.

2 Oleum, & operam perdo

3 Nunc mihi naufragio, quid prodest dicere, facto, qua mea, debuerit currere, cymba via.

4 A sinus esuriens fustem negligit.

5 Frustra fit per plura,

D. 2

quod

quod potest fieri per pau-
ciora. *Arist.*

6 Quis rogat ægrotos, an
poscant dona salutis.

7 Nil iuuat amisso, clau-
dere septa, boue.

8 Hylam vocat.

Littus hyla, hyla, omne
sonaret. *Virg.* ad eò quære-
batur ab Hercule.

9 Noctuas Athenas por-
to.

*Noctua avis Athenis, ma-
ximè abundat.*

10 Venti gaudia ferunt.
Id est frustra letaris.

11 Factum infectum fie-
ri non potest. *Cicero.*

Des

12 Desine iam demens, seu
stimulare leonem.

13 Isthmum fodis.

Isthmos ea terræ angustia
est quæ inter duo maria
Ægeum, & Ionium con-
clusa est, quæ Demetrius
Rex Domitius, Nero, &
alii perfodere tētarunt, in-
fausto, vt patuit exiit.

Fragilitas humana.

Nemo mortalium om-
nibus horis sapit.

Vitam sic texit natura,
vt aranea telam.

Lōgus, & in lapsum, pro

ius uterque labor.

- 3 Numquam homini satis cautum est, in horas.

Fugere.

- 1 Turpis fuga mortis, omni est morte peior.
- 2 In duobus malis fugiendum maius, leuius est eligendum. *Cic. ad V. Frat.*
- 3 Innocte fugitiuus multum valet. *Eurip.*

Furtum, fur,

- 1 Male parta, male dilabuntur. *Cic. 2. phil.*

2. *Raro anteceditem sceleratum.*

Deseruit pede poena claudo. *Seneca.*

3. *Nullum est aliud latronum beneficium, nisi ut commemorare possint.*

Ijs se vitam dedisse, quibus non ademerunt. *Cicero.*

Fortis.

1. *Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit Mænia.*

2. *Ille videtur.*

Athlas, æthereos humero, qui sustinet orbem.

D4

Nul-

3 Nulla victoria maior
est, quam vitia domare.
Seneca.

4 Tu nē cede malis, sed
contra audentior ito.
Virg. 6. Æneid.

5 Est viri quidem fortis,
nē supplicijs quidem mo-
ueri, vt fortiter fecisse
pœniteat. *Cicero 1. offic.*

6 Quid prodest foris esse
si renuum, si malè viuitur
domi? *Val. Max. c. 2.*

7 Fortitudo nemini inef-
se potest, qui in morte,
ac labore, aliquid mali in-
esse persuasū habuerit.
Stobæus.

G

Garrulus.

1 Deficit auditor, nō deficit ipse loquendo. *Corn. Gall.*

2 Extemporalis factus est meus poeta. *Orat.*

3 Perspicua breuitate, nihil magis afficit aures;
In verbis, vbi res postulat, esto brevis.

4 Omnibus in triuijs, recitans

Tua carmina laudas;
si vis vt laudem, discetacere prius.

- 5 Omnia cum dixi, superest, tibi dicere; dixi hæc mihi sermonis, vox placet vna, tui.
- 6 Si continuè, & multa, celeriter loqui, signū esset prudentiæ, huiusmodi dicerentur multo sapientiores nobis. *Euripides.*
- 7 Zeno audiens adolescētem, plus satis loquentē, ait: *Aures in linguam defluxere.* Allusit autem ad naturæ artificiū, quæ hominibus duas aures fecit, linguam autem vnā: Et disceret, plura quidā audienda esse, non autem
- om-

omnia effutienda. *Laer-
tius lib. 7. cap. 1.*

Theocritus Chiis, in-
eptum quendam poetam
recitantem auscultans, &
interrogatus ab eo, qua-
nam ei placerent, respo-
dit : *Quae omisisti*, erat
enim ingrata nimis proli-
xa illa loquacitas. *Auto-
nius Melisa. p. 1.*

Genus.

Liberi sequuntur patres.
Libius.

Insequitur leuiter filia
matris iter.

For-

3 Fortes creantur fortibus,
 & bonis

Est in iuuenēcis, est in equis
 patrum

Virtus: nec imbellem, fe-
 roces

Progenerant aquilæ co-
 lumbam, *Horat.*

4 Arbore de dulci, dulcia
 poma cadunt, *Ouid.*

5 Nihil charius humano
 geneti, societate libero-
 rum, *Luuius.*

6 Et genus, & virtus nisi
 cum re, vilior alga est.

Gratitudo, ingratitude.

1 Tu quancumque Deus;
 tib

tibi fortunauerit horam,
grata sume manu.

2 Nemo gratiarum immo-
est gratus inuentus, *Cic.*

3 Dixeris maledicta cun-
cta, cum ingratum homi-
nem dixeris, *Publ. Mim.*

4 Vereor, ne dum reuerte-
ro præter canem, me ag-
noscat nemo.

5 Munera qui mittit, spe-
rat maiora remitti.

6 Nemo suas vellet perde-
re, gratis opes.

7 Non est æquum tempore
& die memoriam defi-
niri, *Cice. ad Quint.*

8 Cui gratia referri non
po-

potest quanta debetur
habenda tamen est, quanta
maxima animi nostrici ape
re possint, *Cic. Philip. 3.*

9 Tanto turpior gratiam
non referri quanto ho-
nestior causa referenda,
Plim. Inu. l. 8.

10 Gratia quæ tarda est, in-
grata est; gratia namque
cum fieri properat, gratia
grata magis, *Auson.*

Gratulatio.

1 Sera gratulatio reprehē-
di nō solet præsertim si nul-
la negligentia prætermis-
sa

sa est, *Cicer. Curio. fam. 2.*

Gravis, gravitas.

- 1 Maturè fias senex, si diu velis esse senex.
congregantur, *Cicer. in
Senec.*
- 4 Rusticus agricolam, miles
fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ, nauita
puppis amat, *Ouid.*
- 5 Oderunt hilarem tristes,
tristemque iocosi
Sedatum celeres, agilem
grauemque remissi, *Ho-
ratio.*
- 7 Clauus, clauo truditur.
- 8 Sit quamuis nebulo, Da-
uus habet dominum.
- 9 Fallacia alia, aliam trudit.
- 10 Dentem, pro dente dare.
- 11 Nè Hercules quidem
con-

contra duos.

12 Facile est vincere non
repugnantem.

13 A lasso, rixam quaerit.

Patientia.

1 Gaudet patientia duris.

2 Vis vincere? disce pati.

3 Saepè protrahitur labor
pugnae, ut crescat corona
gloriae.

4 Cuiusvis doloris reme-
dium, est patientia. *Mim.*

5 Patientia, thorax est im-
penetrabilis.

6 Principium in rebus est,
erigere animum super

- iniurias, & præmissa fortitudie, lato animo, posse aduersa tolerare, *Sen.*
- 7 Socrates, vir ad sapientiam natus, ictu calcis à quodam percussus, patienter tulit. Tulit id iniquo animo ex affectatoribus quidam, monitusque vt hominem recuteret: *An*, inquit Socrates, si meus me asinus percuse.it, oporteat me continuo in quadrupedem recalcitrare? *Sabel. lib. 5. c. 1.*
- 8 Sustine patienter: numquam de vlla re dixeris, quod amiseris eam; sed
- ε I
- quod

quod reddideris: filius
 obijt, redditus est: abla-
 tus est, inibi ager, & hic
 redditus est; cui abstulit:
 quid est quod cures, per
 quem is, qui dederit, re-
 ceperit? quàm diù verò
 conceditur tibi, curam
 habeto, tamquam alienæ
 possessionis: quemmad-
 modum prætereuntes di-
 uersorij, *epist. apud Stob.*

Pax:

- 1 Meliore est vita pax, quàm
 sperata victoria, *Libanus.*
- 2 Nomen pacis dulce est,

11 & ipsa, res salutaris, *Cice.*

3 Pax est repudianda, si sub
eius nomine latitat bel-
lum, *Cice. 12. Philip.* Un-

dè vicem Adagij obti-
nuit: *Pacem, scuto petere.*

10 Bellum pacis est causa,
Salust.

5 Leges, aut iudicia esse nō
possunt pace sublata, *Ve-
getius*

Parcus.

11 Dedecus est semper su-
mere. nihil dare.

2 Omnia das, quia nil potes
hinc auferre, dedisses;

Si

- Si tecum posses omnia
ferre, nihil:
3. Parcus diuitiarum eustos
incoelix, *Stobaus*.
4. Diuide ficos: *Adagium*
satis notum.
5. Ferrea cista auri custos
tibi, ferrea porta;
Ferrea tota domus: fer-
reus & dominus.
6. Nescis, ais, quod laeva ma-
nus quod dextera donat.
Credo quod omnino dat
tua dextera nihil.

20 *Patria.*

1. Addit interdum nonnihil

- ipſo patria, & locus ad ingenium,
- 2 Patriæ fumus, igne alieno
luculentior eſt.
- 3 Dulce & decorum, pro
patria mori, ô fortunata
mors, quæ naturæ debita,
pro patria potiſſimum
eſt reddita! *Philip.*
- 4 Pugnare pro fide, & pro
patria, ſanctum & hono-
rificum eſt, *Cicer.*
- 5 Inſœlix patria eſt, pueros
vbi purpura veſtit,
Atque vbi præcedit di-
ues honore bonos.

Pater.

1 Efficit ignavos patris indulgentia natos.

2 Dosa est magna parentum virtus.

3 Si quis amat natos, sæpè flagellat eos.

4 Parentibus nos primum natura conciliat, quos non valere nefarium est, *De resp. Arusp.*

5 Is pater est amens, qui odit eum, quem procreavit.

Paupertas, pauper.

1 Nihil habet infelix pauper.

habet, alter habet.

8 Pauperum omnium finis
est nox, obumbrat enim
ipforum mala. *Aristoph.*

9 Nudum latro transmittit
etiam obsecra via, paupe-
ri pax est, *Senec.*

10 Cantabit vacuus, coram
latrone viator. *Iuuenal.*

11 Vnum præsidium pau-
pertatis est manus habe-
re ad operandum. *Senec.*

Pœnitentia.

1 Vbi est confessio, ibi est
remissio, *Senec. de vita,
& moribus.*

See-

2 Scelerum si benè poenitet,
 eradenda cupidinis prauæ
 sunt elementa.

3 Initium sapientiæ: est cog-
 nitio peccati, *Setec.*

4 Optimus est portus ipce-
 nitenti, mutatio consilij.

5 Cras, inquis, faciam, con-
 cessaque: labitur hora:

Fac hodiè, fugit hæc,
 non reditura dies

Petere, rogare.

1 Qui maleuolo sunt ani-
 mo, deteriores sunt roga-
 tu, *Cicer ad Curt.*

2 Frustra eos appellamus,
 quo-

- quorum auris, & animus
 à nobis abhorrent, *Cic.*
- 3 Nullis mouetur fletibus.
 aut voces vllas, tractabi-
 lis audit.
- 4 Mens immota manet, la-
 chrymæ voluntur ina-
 nes.
- 5 Sic loquere cum Deo,
 tamquam homines au-
 diant; sic cum hominibus
 tamquam audiat Deus,
Senec. epist. 100.
- 6 Flectitur iratus, voce ro-
 gante, Deus, *Ouid.*
- 7 Carè emitur, quod pre-
 cibus impetratur. Vnde
 benè, *Cicero in Verrem*
 ait,

ait: *Malo emere, quàm ro-
gare.*

8 Qui timide rogat, docet
negare.

9 Animaduerto, inquit Pli-
nius, Deos ipsos, non tàm
accuratis adorantiũ præ-
cibus, quàm innocentia
& sanctitate lætari: gra-
uioremque existimari,
qui delubrijs eorum ca-
stam, puramque mentem
quàm qui meditatũ car-
men intulerit.

Peccatum, peccator.

1 Haud est nocens, qui cum
que

que non sponte est nocens.

32 Plectitur hac poena vi-
uens oblitus olympi

Ut fiat moriens, imme-
mor ipse sui.

4 Mortuus est, quasi victu-
rus post funera non sit:

Sic vixit tamquam non
moriturus erat.

5 Æquè facinori videtur
obnoxius, qui auxilium
præstat agenti, & qui per-
petratum facinus, quasi
iure factum collaudat,

Plutare.

6 Oderunt peccare boni
virtutis amore;

sup Ode-

Odetunt peccare mali
formidine poenæ, *Horat.*

7 Væ in animæ peccatrici
quia non habet posse re-
deundi ad locum suum,
vnde exiuit, quia turpia
opera, & delectationes
carnales impediunt eius
ascensum sursum, *Senec.*

Peruersitas, peruersus.

1 Est in quibusdam tantâ
peruersitas, vt inuentis
frugibus, glande vescan-
tur, *orat. ad Brutum.*

2 Male se res habet, cum
id quod virtute effici de-
bet,

bet, id tentatur pecunia,
2. officiorum.

3 Non est ingenui animi,
inuento fonte, consecrari
riuos.

4 Video meliora, proboq;
Deteriora sequor.

6 O curas hominum! quā-
tum est in rebus inane.

Quis leget? hæc?

Vix duo, vel nemo, tur-
pe & miserabile. *Persius.*

Pecunia.

1 Omnia pecunia effici pos-
sunt, 5. *in Verrem.*

2 Poenæ causa monile fuit.
Quid

3 Quid nō mortalia pectora
cogis auri sacra fames,

Virg.

5 Auro pulsa fides, auro
venialia iura. *Prop.*

5 Et genus & formam, re-
gina pecunia donat.

6 Corrupti sunt deprava-
tique mores admiratione
ne diuitiarum, 2. *offic.*

7 Aurum per medios ire
satellites, *Horat.*

8 Argentanginam pati.

*Dicitur de ijs qui pecunia
corrumpuntur, quo minus
suis fungantur officijs.*

9 Maiore tumultu plan-
guntur munera, quàm

fu.

futura, *Iuuenal.*

10 Pecuniam habere oportet; sed ei seruire nō oportet, *Senec.*

11 Diuitijs vtendum est, sed non est eis abutendum, *Senec.*

12 Timotheus pecuniam sanguinem animamque mortalium esse dicebat; quibus qui caret mortuus inter viuos viuit. *Drus. lib. I. cap. I.*

Perdere.

1 Perdere naulum, stultum est.

Ob

2 Obsistere fatis
 Nemo potest, damnis
 addere damna, nefas, *Oni.*

Periculum.

1 Quæ nimis apparent re-
 tia vitat auis.

2 Qui semel est læsus, fal-
 laci piscis ab hamo

3 Omnibus vnca cibus, æra
 subesse putat.

4 Quisquis in culpa fuit,
 odit omne quod dubium
 putat.

5 Casus vbique valet, semi-
 per tibi pendeat hamus:

6 Quominimè credis gur-
 gi-

gite, piscis erit:

5 Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet
Horat.

6 Aliquod malum est, propter vicinum malum. *Plaut.*

7 Vnaque, conspecta liuorem ducit ab vna.

8 Mala vicini pecoris, contagia lædent, *Virg.*

9 Fugite hinc, latent anguis in herba.

10 Scyllæam rabiem, penitusque sonantes
Accessistis scopulos, *Vir.*

11 Fieri nil potest dementi-
tius, quam scientem cum
in locum venire, vbi sis

libertatem perdituru,
Cicer.

12. Periculosa plenum opus
alex.

Tractas, & incedis per
ignes

Suppositos cineri dolo-
so, Horat.

13. Dum ad Maleam defle-
xeris,

Domesticorum obliuif-
cere.

Periculo doctus:

doceri.

Optimum est, aliena fru
infania, Plin.

K

Fœ.

- 2 Fœlix quem faciunt, aliena pericula, cautum.
- 3 Ictus, piscator sapiam.

Præfagium.

- 1 Venturam, melius præfagit nauita mortem.
Vulneribus didicit, miles habere metum.
- 2 Cantator, Cygnus, funeris ipse sui.
- 3 Sæpè sinistra, caua, prædixit ab Illice cornix,
- 4 Memento homo, vmbra, nullum esse in orbe artificem, qui tale concinnet horologium, quod tibi su-

supremam vitæ diem, aut
horam indicet.

5 Si benè floruerint sege-
tes, erit area diues.

6 Impegit in portu: infœ-
lix prælagium.

Populus.

1 Parere populi est, impe-
rare regium.

Non bene turba regit.

2 Maximus magister po-
pulus, 3. *Lusc.*

3 Vox populi, vox Dei.

4 Numquam volui popu-
lo placere, nam quæ ego
scio, non probat populus

quæ probat populus ego
nescio, *Senec.*

Præsentia.

1 Oculus Domini, in agro
fertilissimus.

Perfa rogatus, quid
equum pinguem faceret,
respondit: *Oculus Domi-
ni, Arist.*

Præsens tempus.

1 Viue moribus præteritis,
loquere verbis præsentibus.

2 Si fueris Romæ, Romano
viuito more,

Si

Si fueris alibi, viuito sicut ibi.

- 3 *Æra* dabant olim, melius nunc omen in auro est victaque concessit prisca moneta nouæ. *Onid.*

Præterita.

- 1 Non potest esse dies iterum, qui fuit semel, *Cic.*
 2 Quod factum est, infectum reddi non potest.
 3 Nullum Deos suos habere in præterita ius, præterquam obliuionis, *Plinius.*
 4 Præterita mutare nõ pos

sumus, in Pisonem.

Principia.

- 1 Dimidium facti, qui bene
coepit habet, *Horat.*
- 2 Nihil est simul & inuen-
tum, & factum.
- 3 Principium bonum, dimi-
dium totius.
- 4 Omnia rerum principia
parua sunt, sed suis pro-
gressionibus usu augen-
tur, s. *de fine.*
- 5 Principij nulla est origo:
nam ex principio omnia
oriuntur, i. *Tuscul. & in
Somno Scipionis.*

Pre-

Præmium.

1 Dulcia non meruit, qui
non gustauit amara.

2 Vix inuenitur, qui labo-
ribus susceptis, periculif-
que aditis non quasi mer-
cedem rerum gestarum
suarum desideret glo-
riam, i. *offic.*

3 Laborem vix subimus,
nisi præposito præmio,
Cicer.

4 Est labor ingratus, quum
debita præmia fallunt:

Quid graue non fiet, spe
finè, si leue sit.

5 Solon Salaminus interro

gatū, vnde Respublica
 maximè vigeret? respon-
 dit: præmijs incitantur ad
 virtutem, mali autem ad
 virtutem negligentes,
 coerceantur pœnis, *Bru-
 sius lib. 3. cap. 8.*

Prudentia, prudens.

1. Deliberandū est diu, quod
 statuendum est semel.
2. Omnia prius consilio,
 quam armis experiri, sa-
 pientem decet, *Terent.*
3. Flagitium est foris, sapere
 tantum,
4. Nè quid inconsultò egeris
 vitū frugi, & prudēē de-
 cet

cet meminisse præterito-
rum, agere præsentia, fu-
tura cauere, *Stobæus.*

5 Plus Fredericus vno ocu-
lo vidit, quam cæteri Prin-
cipes duobus: *Fredericus*
altero oculo captus.

6 Omni pede standum est.

7 Agere inconsultum sig-
nam est stultitiæ, *Arist.*

8 Socrates adhortabatur sub
inde suos discipulos, vt
hæc tria in omni vitâ sibi
pararent: vt in animo sci-
licet haberent pruden-
tiam in lingua silentium,
in vultu verecundiam,
Maxim. ser. 41.

K. 5

Quies

Q

Quies, quietus.

- 1 Nouit paucos, secura dies.
- 2 In portu nauigo.
- 3 Si fractus illabatur orbis.
Impavidum ferient rui-
næ, *Horat.*
- 4 Satius est indormire stra-
mini, & conscientiam tran-
quillam tenere, quam le-
ctu aureo recubare, &
perturbationibus agitari.

R

Rara & racondita.

- 1 Rara auis in terris: nigro-
que

- que simillima cygno.
 2 Rara sunt præelara.
 3 Video vrsam parientem.
 4 Quà cerui cornua amit-
 tunt: Cerui teste Aristote-
 le cornua mutaturi, in dif-
 ficiliora loca se abdunt.

Rebellis.

- 1 Querit rebellem, quis-
 quis ingratum, malè scép-
 tro reponit, Malepertius.

Rex, Regnum, Pastor.

- 1 Necessè est Reges timere
 2 Pessimus est Impeaar

- qui sibi ipse non imperat;
- 3 Conditio Regum misera est, si miseros timet.
- 4 Ars prima Regni, posse inuidiam pati.
- 5 Boni Pastoris est tondere pecus, non deglubere.
- 6 Rex dicitur, lex animata, in Regno suo.
- 7 O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum, *Cicr. in Anton.*
- 8 Cum canes funguntur officijs luporum, cui nam præsidio pecuaria credemus, *Cic. lib. 2. ad Herennium.*
- 9 Summa sapientia est in
Re-

Rege, se ipsum regere,
 9 Si vis omnia tibi subjici sub
 ijce te rationi, multos enim
 reges, si ratio te rexerit,
Seneca.

- o Auro magis imperium,
 quàm ferro adaugeas.
 11 Si studia, & mores po-
 puli cognoscere curas,
 Res facilis: vitam Princi-
 pis inspicias.

Ridere, risus.

- 1 Ride ridendo, plurima
 damna feres.
 2 Sardonius risus,
Sardonis herba est, quæ
An-

Authore Solinio, in Sardinia Insula in fontium de fluuijs prouenit, Apiastro similis: ea si quis vescitur, nervos contrahit, & rictu deducit ora, vt qui moriuntur ridentium facie intereant. In eum vti possumus qui, vt Virgilius ait, spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

- 3 Immodicus risus non est sapientis, et index stultitiae; Lepidi sint, sine dente, ioci.

S

Spes, & sperare.

1 Non sine metu, spes ha-
bitat.

2 spes etiam valida solatur
compede vincitum.

3 Crura sonant ferro; sed
canit inter opus idem.

4 Deficere potius, quam
desperare, *Quint.*

5 Qui multa sperat, multa
timeat, necesse est.

6 Et res non semper, spes
mihi semper adest.

7 Miserrimum est timere,
dum spercs nihil.

Me;

7 Melius est sperare, quam
sperare non posse.

8 Sola spes hominem, in
miserijs, consolari solet,
Cicer. in Catil.

8 Quod extremum in vi-
ta est, spes est, *Dioge-
nes.*

Sæpè aliquem solers me-
dicorum cura reliquit,
Nec spes huic vena de-
ficiente cadit, *Ouid. 1.
Pont.*

9 Quis ignorat maximam
illecebram esse peccandi
impunitatis spem, *Cicero
pro Milone.*

10 Spes præmij, solatium
est

est labori, *Senec.*

Credulam vitam spes facit, & melius cras fore semper ait, *Tibull. lib. 1.*
 10 Aristoteles olim interrogatus, quidnam esse spes? respondit, *Vigilantis somnium.* Nam dictum mirum est, quàm varias imaginationes patiuntur in animo suo, qui vehementer sperant aliquid. Atq; his inanibus simulachris, perinde semetipsum oblectant, ac si iam tenerent, quæ sibi pollicentur, *Ælianus lib. 13. de varia historia.*

Rho.

II Rhodius quidam ob in-
 -tempestiuam libertatem,
 a tyranno coniectus in
 -caueam, in qua more no-
 -centis bestiae alebatur ad
 -cruiatum & lignominiam
 -amputatis naribus, & fr-
 -idata vulneribus facie, cū
 -ab amicis admoneretur,
 -vt inedia sibi malorum
 -finem quæreret: *Cun-*
cti Et, inquit, *homini,*
quoad uiuit, speranda sunt.
 -Citius illum laudarem,
 -quam istos qui ob causas
 -non admodum graues,
 -confugiunt ad laqueum,
 -aut præcipitium, *Erasm.*

- Senex, senectus.
- 1 Quid turpius, quam senem vivere insipienter, Senec.
 - 2 Bis pueri senes.
 - 3 O sola fortes garrulitate senes!
 - 4 Aquilæ senectus, Teren.
In senes, qui plus bibunt, quam edunt.
 - 5 Stultum est via deficiente, viaticum quærere.
 - 6 Longa vita, longi maliciæ catena est.
 - 7 Fæneramur mortis, in dies moras morbis periculis.

7 Ante senectutem bene
viuere, in senectute bene
mori, *Senec.*

8 Senectus ipsa, morbus est
Terent.

9 Rectè dixit Diogenes,
mortuo mederi, & senem
admonere, perindè est.

10 Hæc data pœna diu uiuē
tibus,

Vt renouata

Semper clade domus

Luctibus inquē

Perpetuo mærore, & ni-
gra

Veste senescant, *Iuuenal.*

11 A sene consilium qua-
ras: prudentia rerum

Est

Est illis, sinè qua Curia
quæque perit.

12 Nè sæua in canos, iuue-
nis, conuitia fundas,
Sed subitò assurgas, præ-
tereunte sene.

13 Si tardè cupis esse se-
nex, vtaris oportet
Vel modico medicè, vel
medico modicè.

14 Alexander cum senem
quendam capillos infi-
cientem vidisset, inquit,
non capillos, sed genua
tingas, *Max. serm. 41.*

Senerus, & scrupulosus.

1 In Triphonij antro vati-
ci-

cinatus est.

Triphonius pates spelun-
cam habitans, in quam qui
descendebant, perpetuo
erant irrisibiles.

2 Agelasti filius.

Crassus, Anus Crassi, Age-
lastus vocabatur, quem
tradunt semel tantum in
vita risisse, cum vidisset
asinum carduos comeden-
tem.

3 Nodum, in scirpo, quærit,

Tenent.

4 In ulcerato animo, facile
fictum crimen, infidet,
Cicer.

Scribere.

1 Quonia[m] ut libet. Non
 possum scribere, ut pos-
 sum si libet. Theoc. apud
 scriptore.

2 Attice, id est, lato calamo:
 quia Attici erant multum
 verbosi, Scribere laconicè,
 id est compendiosè, quia La-
 conici quasi enigmaticè.

3 Scripsisti æternos, si fas
 mihi dicere libros.

Fine carent liberi, princi-
 pioque tui: In ineptum
 scriptorem.

4 Scriptores opera sua, non
 secus ac filios adamant,

Erasm.

Sci-

Scire, sapientia.

- 1 Sapiencia, quæ non prodest, fordet.
- 2 Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter.
- 3 Quod scis, nè sciueris.
- 4 Ille nihil dubitat, quem nulla scientia ditat.
- 5 Turpe est ignorare, quod omnibus scire contingit, *Arist.*

Silentium, silentiosus.

- 1 Est & fideli, tuta silentio merces, *Horatio.*
- 2 Quid sibi romanum vult

S. T. Sileto, tãceto.

S. monet vt fileas, T. iu-
bet, vt taceas.

3 Arcanum vt celet, clau-
denda est lingua sigillo.

4 Ideo duas habemus aures
os autem vnum, vt scili-
licet multa audiamus,
pauca vero loquamur,
Zeno.

5 Sæpè loqui prodest; sed
semper, posse tacere:
Sæpè locutori verbera
verba ferunt.

6 Simonides aiebat, num-
quã se pœnituisse, quod
tacuisset, quod locutus
esset, sæpè.

L

Ve:

- 7 Veritati sic, studeas, vt quidquid dixeris, iuratum putes.
- 8 Tacere non solum contra sitim prodest; sed multa etiam silentio mala, & infœlices euentus auerti solent, *Hippocrat.*
- 9 Mille artes docuere loqui sed nulla tacere.
- 10 Tacere noli vbi nō oporteat, *Cicero.*
- 11 Quæ facturus es, ea ne prædixeris, frustratus enim rideberis, *Pittacus.*
- 12 Cum Solon in conuiuio quodam solus taceret, & rogaretur, an stultus esset,

set, quod nihil diceret?
respondit: Nemo stultus
tacere potest. Potuisset-
ne melius?

13 Rana Seriphia, *Mate*
Sunt etiam ranae, in *Seri-*
pho Insula. Plinius.

14 Silentium sapientibus,
responsi loco est, *Plut.*

15 Infipiens linguam laxat,
sapientque refrænat,
Quis minor, aut maior,
quàm tacuisse labor?

Stultus.

1 Qui semel insanit nescit
habere modum.

2 Agere inconsultum, sig-
L 2 Age-

num est stultitiæ; *Arist. epist. Alexand.*

3 Stulti desiderant absentia: præsentia verò, etsi meliora præteritis, negligunt, *Democritus.*

4 Est proprium stultitiæ, aliorum cernere vitia, obliuisci suorum, 3. *Tus.*

5 Tunc sapiunt stolidi, cum fuerint taciti. Vnde, *Gregor. lib. 11. moral.* Stultus si tacuerit, an sapiens sit, an stolidus, abscondit.

6 Sæpè etiam est olitor, valde oportuna locutus.

7 Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

- 8 Molesta res stultescere
cum stultis, *Euripedes.*
- 9 Stulti nec vitare venien-
tia possunt, nec ferre
præsentia, 2. *de natura*
Deorum.
- 10 Tonitrua pueros in pri-
mis, & minæ stultos ter-
ritant, *apud Stob.*
- 11 Hic nauigat Anticyram
Anticyra Insula in qua in-
gens Ellebori copia nasci-
tur, quod multis remedijs
efficax est, quippè Comita-
li morbo; sed maximè &
potissimum insaniã tollit;
teste Horatio 2. ser. qui de
auaro insaniante aiebat.

Danda est ellebori pars
maxima auaris.

*Vnde insanum, tamquam
minimè mentis compotem
arguere volentes dicimus:*

Nauigat Anticyram,

8 Extrà caluescunt alij, tu
caluus es intrâ;

Crinibus hi, cerebro, tu
fabiane, cares,

T

Tempus, & occasio.

1 Longa dies homini, do-
cuit parere leones.

2 Non venit exiguo tempo-
re,

re, larga seges.

3 Sæpè expedit tempus,
quæ perfici non posse pu-
tas.

4 Non vertit aries impetu
primo muros.

5 Dies adimit hominibus
dolorem, *Terent.*

6 Nullum tempus est in-
tempestiuum ad animæ
salutem, *Epicurus.*

7 Omnia fert ætas secum,
aufert omnia secum.

Omnia tempus habent,
omnia tempus habet.

8 Aliquando Nouerca ex-
titit Dies, aliquando ma-
ter.

9 Diuersos diuersa iuuant,
non omnibus annis,
Omnia conueniunt, res
prius apta, nocet.

10 Non eadem hora diuersa,
nec eodem die semper
facienda sunt.

11 Nihil opere & manu factum,
quod non aliquando conficiat,
& consumat vetustas, *Cicer.*

12 Ita sensim sine sensu
aetas senescit, nec subito
frangitur; sed diuturnitate
exinguitur, *Cicer.*

13 Habenda est ratio hominum,
rei, & temporis,
2. de orat.

Rectè eruditi temporis
tationem habent, *Lycur.*

14 Non minus est haben-
da ratio otij, quàm nego-
tiorum.

15 Nihil est, quod longin-
quitas temporis efficere
non potest.

16 Tempera te tempori.

Tempori cedere, id est,
necessitati parere, semper
sapiens est, *Cic. ad Mar.*

17 Sæpè tēpore fit, vt quod
plerumque turpè haberi
soleat, inueniatur non ef-
se turpè, *3. offic.*

18 Tempora nam fugiunt
pariter, pariterque ser-

L 5

quun-

quuntur, & noua sunt
semper, *Ouid.*

19 Nulla maiori temporis,
iactura est, *Liuius.*

20 Discipulus est prioris,
posterior dies, *Publ. Mim.*

21 In temporis combusti
pretium, nulli vniones
sunt comparandi; paleæ
sunt gemmæ omnes, præ
hoc temporis censu.

22 Omnia aliena sunt, tē-
pus tantum nostrum est,
Seneca.

Tolerantia.

1 Si quanta æternæ sunt vi-

tæ præmia, voluis,
 Omnia pro Christo, per-
 petiere libens.

Temeritas, & contrarium.

- 1 Temeritas impetus est
 sine, ratione : Nihil est
 temeritate turpius, nec
 quicquam tam indignum
 sapientis gravitate, &
 constantia, quàm aut fal-
 sum sentire, aut quod nō
 satis exploratum, & cog-
 nitum, sine vlla dubitatio-
 ne defendere, *Cincer. 2.*
de natur. Deor.
- 2 Dum petit infirmis ni-
 mium

mium sublimia pennis

Icarus Icarijs nomina fecit aquis.

2 Qui nimis alta petit, in magis ima cadit.

3 Fortitudo in nervum erumpit.

4 Dicitur de eo, qui nimium suis fretus viribus, oneri succumbit.

5 Quæ supra nos, nihil ad nos, Socrates.

6 Ubique moderatio virium vadit, & tantum quantum quisque potest, nitatur, Cato Maior.

7 Nimium preceps est, qui intransire, contendit, vbi conf-

conspexerit alium cecidisse, *Aug. in sermon. de Ascens.*

Temperantia.

1. Tantum cibi, & potus adhibendum est, vt reficiantur vires, non opprimantur, *Cato Maior.*
2. Qui plus manducat sterilis, quàm Zona ministrat Innectit collo, vincula dira suo.
3. Temperantia libidinum inimica, *3. offic.*
4. Ventri non datur tutor, sed curator.

5 Cibi condimentum est
fames: potioris sitis, *Cic.
de finibus.*

5 Non viuit, cui nihil est,
in mente, nisi vt viuat.
Ede & bibe, vt benè vi-
uas: non viuas, vt tantum
edas, & bibas. *Socrates.*

6 Mali ideò viuunt, vt
edant ac bibant: boni ve-
rò cibum sumunt, ac po-
tum, vt possint viuere,
Plutar.

7 Proditum est, Galenum
philosophum, & medi-
cum singularem, 140.
annos vixisse, tantaque in
cibo & potu abstinentia
vfum

vsu, ut ad fatietatem
 nunquam comederit, aut
 biberit; sicque citrà vllã
 affectionem, sola senectū
 te defecit. *Radiginus lib.*

30. cap. 12.

8 Crassa, & obesa corpora,
 quæ crescendi mensuram
 impleuerint, nisi ablatio-
 ne sanguinis minuantur,
 in paralyfim, & pessima
 morborum genera erum-
 pere, docet *Hippocrates*
 in *Aphorismis*, ideoque
 necessariam esse ad emp-
 tionem, cibi, & potus, ut
 rursus habeant, in quæ
 possint crescere, non
 enim

enim manet in vno statu
 corporum natura, sed aut
 semper crescit, aut decre-
 scit, nec potest viuere ani-
 mal, nisi crescendi capax
 sit, vnde etiam Galenus,
in exhortatione medicinae.
 ait: Quorum vita & ars,
 sagina est, nec diu viuere,
 nec sani esse possunt, eo-
 rumque animæ, quia ni-
 mio sanguine & adipibus
 quasi inuoluntur, nihil
 tenue, nihil cœleste, sed
 semper de carnibus, ru-
 ctu & ventris ingluuie,
 cogitant.

Testimonium.

- 1 Pluris est oculus testis
vnus, quàm decem auri-
ti.
- 2 Pars ego magna fui.

Tribulatio.

- 1 Quod fornax auro facit,
hoc tribulatio iustis
Rebus in aduersis, certā
probanda fides.

Timor, timere.

- 1 Miserrimum est timere,
cum speres nihil.

Re-

2 Rectè viuendo neminem metuas.

3 Lupum auribus teneo.

4 Inter saxum & sacrum sto. *Plant.*

Quemmadmodum hanc porcam saxo feriam, ita fulmine à Ioue feriatur, is qui hoc sanctum fœdus fregerit, &c.

5 Ille homo agit, quod canis in *Ægypto*.

Teste Macrobio, & Plinio lib. 8. constat in illis Regionibus canes raptu Crocodilorum fugere, & bibere.

6 Suam metuit vmbra.

De-

Degeneres animos timor

arguit, *Virgil. lib. 3.*

7 Tu nē cede malis; sed cō-
tra audentior ito.

8 Stultum est timere, quod
vitari nō potest, *Pub. Mi.*

8 Assē elephantō dare.

*Augustus Cæsar cum ei
quidam libellum timide
porrigeret, putas, inquit,
te assē elephantō dare.*

9 Quidquid expectatum
est diu leuius accidit, *Se-
neca cap. 79.*

10 Necessē est multos timeat
quem multi timent, *idem
de gra.*

11 Vires subtrahit ipse ti-
mor,

timor, *Ouid. epist. 13.*

12 Metus semper malus
 interpretres, *Linus.*

13 Exercitus maximi, sæpè
 fusi, ac fugati sunt, terro-
 re ipso, metuque hostiũ,
 sine cuiusdam non solum
 morte, verumetiam vul-
 nere, *Cicer. pro Cal.*

14 Cuidam qui in foro Ro-
 mæ loricated ambulabat,
 prætexens id se metu fa-
 cere, perquam scitè dixit
 Urbicus Crispus: Quis ti-
 bi sic timere permisit?
 Nonnè tibi licèt manere
 domi si quid times? *Eras.*

15 Cleantes, cuidam, illi

pobri causa obijcienti,
 quod esset timidus: Ideò,
 inquit, *minimum pecco.*
 Bona est timiditas, quæ
 deterret à turpibus, &
 reddit hominem circum-
 spectum, *Laertius lib. 2.*
cap. I.

- 16 Xenophanes, Iagi filius
 cum ipsi Hermoneus ti-
 miditatē obijceret, quod
 nollet secum tesseris lu-
 dere: Fateor, inquit, me
 non solum meticulosum,
 verumetiam vehementer
 meticulosum, sed aduersus
 inhonestas. Honesta formi-
 dositas est, quæ dete-
 rret

erret à turpibus, *Plutarc.*
de vitiosa verecundia.

17 Multos fortuna liberat
 a poena, metu nemine. *Sen.*

8 *Veritas.*

1 O magna vis veritatis,
 quæ contra hominum in-
 genia, calliditatem sojer-
 bantiam, contraque fictas
 omnium infidias facile
 se, per se ipsam defendit,
Cicer. pro Marco Cæl.

2 Veritas nullius testimo-
 nio indiget, habet testi-
 monium in se, cui nec ma-
 lus, nec inuictus valet ob-

ijcere quidquam *Laur.*

Iustin. serm. de S. Marco

Evang.

3 Nuda est veritas, ornata
fatis per se, ideòq; orna-
mentis extrinsecus fuca-
ta, corrumpitur. *Lactan-
tius lib. 3. de falsa sapient.*

4 Tanquam Dijs signifi-
cantibus, immeritum de-
disse pœnas; veritas enim
numquam latet, *Alex. ab
Alexand. lib. 6. cap. 14.*

5 Veritas odium parit, ob-
sequium amicos.

Vigilare.

1 Vigilandum est semper,
mul-

multæ infidiz sunt bonis,
Cicer. pro Plant.

2 Quo pluribus horis vi-
 gilamus, pluribus horis
 viuimus.

3 Magistratus profecto in
 vrbibus noctu vigilantes,
 hostibus terrori sunt. *Pla-
 to 3. de gl'bus.*

4 *Rodriginus lib. 30. cap. in
 laudem Platonis :* Non
 plus, *inquit,* dormire so-
 litum, quam quod satis
 esset ad euitandam ex ni-
 mia vigilia, malam vale-
tudinem.

Viator.

- 1 Sic timet insidias, qui se
 scit ferre viator
 Quod timeat: tutum car
 pit inanis iter.

Vindicta.

- 1 Raro antecedentem sce-
 lestium
 Deseruit pede, poena,
 claudo, Senec.
 2 Vltor à tergo Deus.
 3 Repetit authorem scelus:
 quod quisque fecit, pati-
 tur.

- Suo quoque premitur
 exemplo, nocens, *Senec.*
- 4 Patientia læsa fit furor.
- 5 Circumretit vis & iniu-
 ria quemque, atque vn-
 de exorta est, ad eum
 plerumque, reuertitur,
Lucretius.
- 6 Qui alteri exitium parat,
 eum scire oportet, sibi
 paratam pestem, vt par-
 ticipet paren, 2. *Tusc.*
- 7 Rode aper vitem, tamen
 hic cum stabis ad aras,
 in tua, quod spargi cor-
 nua possit, erit.
- 8 Neque lex iustior vlla
 est, quam necis artifices,

arte perire sua.

9 Raro sicca morte vitam
hanc finiunt, qui alie-
num sanguinem circum-
ferunt.

10 Nemo gestat crimen in
pectore, qui non idem
Nemesis intergo, *Lip-
sius.*

11 Rarus, funesto, fur sine
fune perit.

12 Sæpè in magistrum, sce-
dera redierunt sua, *Senec.*

13 Nullius scelus, scelere
vincendum est, *Senec.*

14 Nec semper placidus
periuros ridet amantes.

Iupiter, & Surda negli-

git aūre p̄ces.

13 Post, mihi non simili
pœna commissa luetis,

Virg.

14 Minorem nē contemp-
feris, quia minor ascen-
dere potest ad honores,
& tunc potentior erit ad
nocendum, *Senec.*

Vinum.

1 Sapiencia vino obumbra-
tur.

2 Vinum, modicē sump-
tum, acuit ingenium.

3 Vino forma perit, vino
corrumpitur.

In

- 4 In vino veritas.
- 5 Vinum bibiturus Rex me-
mento te bibere sangui-
nem terræ. Cicuta, homi-
ni venenum est: Cicuta
vinum.

Androcydes Magno Ale-
xandro scribens.

- 6 In vino, sicut in speculo,
multa ingenia præviden-
tur, Placo.
- 7 Primum poculum sani-
tatis est, alterum vo-
luptatis, tertium contu-
melix, vltimum insanix,
Pythagoras.

*Voluptas, illiusque
exitus.*

1. Mel felle illitum.
2. Extrema gaudij, luctus
occupat.
3. Impia sub dulci melle, ve-
nena latent.
4. Nocet emptæ dolore vo-
luptas.
5. O miseris quorum gaudia
crimen habent.
6. Maximas virtutes iacere
oportet voluptate domi-
nante, *Cicer. ad Att.*
7. quæ gloria tibi est, si exer-
ces vicium irrationabi-
lium animalium, & actus

brutorum, *Seneca de regim. Princ.*

8 Philoxenus, collum longius sibi, quā gruibus fieri exoptabat, ut in gustu magis oblectaretur, *Bru-sonius lib. 3. cap. 2.*

9 Socrates admonebat, voluptates non aliter, quā syrenas esse prætereundas ei, qui prope- rat ad virtutem veluti patriam conspiciat. Allusit ad Ulysses, qui cera obturatis auribus præternavigavit Syrenas, *Laertius lib. 2.*

M 4

Qui

8. Qui Scopum non attin-
gunt, hi vulgo, *frustrari*,
dicuntur. At Diogenes
negauit illos frustrari,
qui aberrarent à Scopo,
sed eos qui curas suas
ad voluptatem, veluti
ad Scopum dirigerent.
Nam ab his petunt bea-
titudinem cum per eas
deueniant in summam
miseriam, *Laertius lib.*

6. quinos

8. Anthistenes, quodam
prædicante delicias: *Ho-*
stium, inquit, *filijs*, *con-*
tingat in delitijs viuere:
vt rem pestilentem de-
te.

testans, quod plerique
pro summo bono ample-
ctuntur.

*Victus, vincere,
Victoria.*

- 1 Herbam tibi do.
- 2 Prostratus hostis, sæpe vi-
res integrat.
- 3 Primam, & optimam
dico victoriam esse, ut
se ipsum quis vincat,
turpissimum vero qui-
dem, & pessimum, ut
a se ipso vincatur, Pla-
to lib. 3. de legibus, Dia-
lib. 1.

M 5 Quis

4 Quid enim fortius,
 quam omnes animi sui
 motus rationi subijce-
 re, omnia carnalia desi-
 deria, spiritus feruore
 frenare, proprias volup-
 tates abijcere contemp-
 tis visibilibus, ea quæ
 non videntur amare,
*Sanct. Gregor. Psalm. pœ-
 nitent.*

Virtus.

1 Virtus in tempestate sal-
 ua, quæta est, *Pro Se-
 stio.*

Ei

- 2 Ei non multum potest
 obesse fortuna, qui si-
 bi firmiter in virtute,
 quàm in casu præsidium
 collocauit, 4. ad He-
 ren.
- 3 Optimè virtus se ipsam
 nouit, & quam amabilis
 sit, intelligit, in *Lal.*
- 4 Amore fecundus, qui
 virtute est.
- 5 Durat ad posteros virtus.
Quintill.
- 6 Verum decus in virtute
 positum est, ad *Plant.*
- 7 Perditis rebus omnibus,
 ipsa virtus se sustentare
 posse videtur, *Cic. fam. 6.*
- Nec

8 Nec vnquam bono, quidquam mali euenisse potest, nec viuo, nec mortuo, *i. Tusc.*

9 Post fata, quiescit!
Tunc suus ex merito, quemque tuetur honor,
Ouid.

10 Nulli præclusa est virtus omnes admittit, nec sensum, nec sexum eligit, *Senec.*

11 Aduersus virtutem hæc possunt calamitates, & damna, & iniuria, quod aduersus solem nebula potest, *Senec.*

12 Diuitiæ non sunt argenti

- ti pondus, & aurum,
 Virtutes veras accipe di-
 uitias.
- 13 Virtus post funera viuit.
 Omnia cum pereant, est
 virtus sola perennis;
 Hæc immortales redde-
 re sola potest.
- 14 Virtus negata, tentat
 iter, via.
- 15 Exilium ibi est, vbi vir-
 tuti non est locus.
- 16 Oderunt peccare boni,
 virtutis amore.
- 17 Ipsa quidem virtus, sibi
 est pulcherrima merces.
- 18 Virescit vulnere vir-
 tus.

19 Confugiamus ad eam,
 vt in asylum, quia sola
 ea quieta est, & tuta, &
 in sua potestate est. Om-
 nia propter eam subie-
 cta fortunæ dominantis.

20 In medio Christus la-
 tronum, quando pepen-
 dit.

Aut numquam, aut vir-
 tus, tunc fuit in medio.

Viuere, vita.

1 Semper ita viuamus,
 vt rationem nobis red-
 dendam arbitremur, quod
 Verrem.

Quid

2 Quid viuis, si tibi rectè viuendi cura non est?

Diogenes.

3 Nobis persuasum esse debet, si Deos, hominesque cælare possimus, nihil tamen auarè nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum, honesta bonis, non obscura quæruntur,

3. offic.

4 Vna est catena, quæ nos deligatos tenet, amor vitæ, *Senec.*

5 Optima viuendū ratio est eligenda, eam iucundam consuetudo reddet, *4. ad*

Hen.

La-

eligenda, eam iucundam
consuetudo reddet, Cic,
4. ad Heren.

6) Lata via est, & trita via
est quæ ducit ad Orcum;
Inuenit hoc etiam, se du-
ce cæcus iter.

7) Sic viue cum hominibus,
tanquam Deus videat;
Sic loquere, cum Deo,
tamquam homines au-
diant, Senec.

Vitæ breuitas.

1) Truditur dies die, Hor,
2) Sepulchrum nemor, struis
domos. idem.

Com.

Commorandi nobis natura diuersorium hoc,
non habitandi dedit, Cic.
de senectute.

Tota vita hominis, vnus
est dies. *Quint. Declam. 4.*

3. Quis scit, an adijcient ho-
diernæ, crastina, vitæ,
Tempora Dijs superi.

4. Non est (crede mihi) sa-
pientis dicere, viuam!
Sera nimis vita est,

Crastina, viue hodiè,
Mart. lib. 1.

5. Immortalia nè speres mo-
net annus, & alnum,
Quæ rapit hora diem,

6. Prima, quæ vitam dedit
hora carpsit Si-

- 7 Sibi polliceri, crastinum
nemo audet.
- 8 Quid sit futurum cras,
fuge querere.
- 9 Vestra, quæ dicitur vita,
mors est, *somnum Scip.*
- 10 Singuli de nobis anni
prædantur, euntes.
- 11 Fleres, si scires unum,
tua tempora mentem.
Rides, cum non sit forsi-
tam una dies.
- 12 Quis est tam stultus,
quamuis adolescens, cui
sit exploratum, se ad ves-
peram esse victurum, *Cic.
in Catone.*
- 13 Non potest esse in vita

iucunditas, cum dies, &
 noctes, cogitandum sit,
 iam iam nobis est morien-
 dum, i. *Tusc.*

14. Conferas nostram lon-
 gissimam ætatem cum
 æternitate, & breuissi-
 mam reperies, i. *Tusc.*

15. Non malum est viuere,
 sed malè viuere, *Diogen.*
lib. 7.

16. Qui dies suos tamquã
 vitam ordinat, nec optat
 craftinum, nec timet,
Senec.

Vnam femel, ad quam
 viuas regulam prende, &
 ad hanc omnem vitam
 tuam

- tuam exxquā, *Senec. c. 20.*
- 17 Nemo quam bene viuat
 sed quandiu curat, cum
 omnibus, possit contin-
 gere, vt benè viuant, vt
 diu, nulli, *idem epist. 21.*
- 18 Sapiens cogitat semper,
 qualis vita sit, non quan-
 ta sit: non enim viuere
 bonum est, sed benè viuere,
Senec.
- 19 Beatus ille homo, qui
 semper, & vbique sic vi-
 uit, vt vnquamque
 diem, velut vltimam, &
 non redituram consu-
 mat.

20 Memento homo Bulla:
 expende quanti emerent
 damnati horulam nostri
 temporis vel vnicā, qua-
 rum tu tam multas prodi-
 gis liberalissima; socor-
 dia ludibundus.

Operi coronidem impono.

DEO SIT LAVS,
 DEIPARÆQVE
 VIRGINI.

IN

... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..

Operi conoideum impo...

DEO SIT LAUS

DEIPARAEQUE

VIRGINI

M

INDEX RERVN.

- et. fol. 1. **A** **Amicus, verus, & fictus, fol.**
7.
- Adulator, fol. 1.**
- Acusare, fol. 2.**
- Amara, & acerba, fol. 3.**
- Amicitia, fol. 5.**
- Amicus, verus, & fictus, fol.**
7.
- Ars, fol. 10.**
- Abiectus, vilis, fol. 12.**
- Adiuuare, fol. 14.**
- Aliena semper meliora, fol.**
15.
- Auarus, fol. 16.**

INDEX

Beatus, beatus nemo, fol. 19

Bellum, fol. 21.

Beneficium, fol. 23.

.s. lot. s. A

C

.s. lot. s. A

Caluus, fol. 25.

Castigare, fol. 26.

Casus, fol. 27.

Cautus, fol. 28.

Cælare, fol. 29.

Crederet, fol. 30.

Consortium, fol. 31.

Consilium, fol. 32.

Conscientia, fol. 32.

Consolari, consolatio, fol.

Con-

- Consuetudo, fol. 37.
Constantia, fol. 37.
Concordia, fol. 41.
Contentum esse sua sorte,
fol. 43.
Contrarium seu impossibi-
bile, fol. 44.
Conuiuium, fol. 45.
Cupiditas, fol. 45.
Crudelitas, fol. 46.
Curiositas, fol. 47.

D

- Defendere, fol. 49.
Detractio, fol. 50.
Declinare, & fugere malum
fol. 51.

N

Di-

Diues, fol. 52.

Deus, fol. 53.

Diligens, diligentia, fol. 55.

Doctus, è contra, fol. 55.

Discere, fol. 57.

Dormire, somniare, fol. 58.

Donum, donare, fol. 59.

Dubium, fol. 61.

E

Errare, fol. 62.

Eludere, fol. 63.

Eleemosyna, fol. 63.

Emendare, fol. 64.

E

Filij mali, & boni, fol. 65.

Fœ

Fœlicitās, fœlix, fol. 65.

Fertilitas, fol. 67.

Fidere, fides, fol. 68.

Finis, finire, fol. 69.

Fortuna, fol. 70.

Fraus decipere, fol. 74.

Frustra fol. 75.

Fragilitas humana. 77.

Fugere, fol. 78.

Furtum, fur, fol. 68.

Fortis, fol. 79.

G

Garrulus, fol. 81.

Genus, fol. 83.

Gratitudo: ingratitude, fol.
87.

M 2

Gra-

Gratulatio, fol. 86.

Grauis, grauitas, fol. 87.

Gubernator, fol. 87.

H

Hæresis, fol. 91.

Hypocritas, fol. 91.

Homo, fol. 93.

Hostis, inimicus, fol. 96.

Humilitas, fuga honoris,
fol. 98.

I

Iactatio, ostentatio, fol. 101.

Iniustitia, fol. 105.

Iustus, & innocens, fol. 107.

Iu-

Iudex, iudicium, fol. 109.
Indoctus, fol. 112.
Insidiæ, inædiari, fol. 115.
Infœlix, fol. 116.
Imperium, Imperator, fol.
117.
Ignoscere, fol. 118.
Ira, iratus, fol. 114.
Iocari, fol. 126.
Inconstantia rerum, f. 127.
Inuidia, fol. 128.

L

Labor, fol. 140.
Lex, fol. 132.
Libertas, fol. 135.
Luernm, lucrari, fol. 139.
N₃ Ma^r

M

- Malus, fol. 140.
 Misereri, fol. 143.
 Miles, militia, fol. 146.
 Mercator, fol. 144.
 Mendax, mendacium, f. 141
 Mensa, conuiuium, fol. 151
 Mollities, fol. 154.
 Mora nocet, fol. 156.
 Mores, fol. 160.
 Memoria, fol. 164.
 Mulier, fol. 175.
 Mors, fol. 166.

N

Natura, fol. 177.

Nau-

Nausea, fol. 180.
Nocere, obesse sibi, f. 181.
Nosce te ipsum, fol. 182.
Nugæ, nugari, fol. 185.
Numquam, fol. 186.

O.

Occasio, fol. 187.
Oblivisci, obliuioni dare, f.
188.
Odium, odisse, fol. 189.
Onus, fol. 190.
Otiosus, otium, fol. 191.

P.

81
Par, dispar, fol. 193.

Pa.

- Patientia, fol. 197.
Pax, fol. 199.
Parcus, fol. 200.
Patria, fol. 201.
Pater, fol. 203.
Paupertas, pauper, fol. 203.
Pœnitentia, fol. 204.
Petere, rogare, fol. 205.
Peccatum, peccator, f. 207.
Peruersitas, peruersus, fol.
205.
Perdere, fol. 212.
Periculum, fol. 213.
Periculo doctus, fol. 215.
Præfagium, fol. 217.
Præsentia, fol. 218.
Præfens tempus, fol. 218.
Præterita, fol. 219.

Principia, fol. 220.

Præmium, fol. 221.

Prudentia, prudens, fol. 222

Q

Quies, quietus, fol. 224.

R

Rara, & recondita, fol. 224.

Rebellis, fol. 225.

Rex, Regnum, Pastor, f. 225.

Ridere, risus. fol. 22.

S

Spes, sperare, fol. 229.

Se-

Senex, senectus, fol. 233.
Seuerus, scrupulosus, f. 235.
Scribere, fol. 237.
Scire, sapientia, fol. 238.
Silentium, fol. 238.
Stultus, fol. 241.

T

Tempus, & occasio, f. 244.
Tolerantia, fol. 248.
Temeritas, & contrarium,
fol. 249.
Temperantia, fol. 251.
Testimonium, fol. 255.
Tribulatio, fol. 255.
Timor, fol. 255.

V

Veritas, fol. 260.

Vigilare, fol. 261.

Viator, fol. 263.

Vinum, fol. 266.

Voluptas illiusque exitus,
fol. 268.

Victus vincere, fol. 271.

Virtus, fol. 272.

Vivere, vita, fol. 276.

vitz breuitas, fol. 278.

FINIS.



FINIS

